


100 322

A9

V.1

1220



00,500 / 5775





CATALOGUS  
CODICUM MANU SCRIPTORUM

QUI IN BIBLIOTHECA  
MONASTERII B. M. V. AD SCOTOS VINDOBONAE  
SERVANTUR.

EX MANDATO REVERENDISSIMI DOMINI ABBATIS  
D<sup>RIS</sup> ERNESTI HAUSWIRTH

EDIDIT

D<sup>R</sup>. P. ALBERTUS HÜBL O. S. B.  
PROFESSOR C. R. GYMNASII AD SCOTOS VINDOBONAE.



VINDOBONAE ET LIPSIAE.  
IN AEDIBUS GUILIELMI BRAUMÜLLER  
BIBLIOPOLAE C. AC R. AULAE ET UNIVERSITATIS.

1899.



Z  
6621  
V67

REF. & REN.

1220

КНИЖОУНА  
І. ІНУ. 561

TYPIS ADOLPHI HOLZHAUSEN  
C. AC R. AULAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI

REVERENDISSIMO DOMINO

ERNESTO HAUSWIRTH

ABBATI MONASTERII B. M. V. AD SCOTOS VINDOBONAE

OCTOGESIMUM NATALEM DIEM CELEBRANTI

SACRUM.





## PRAEFATIO.

---

Accessimus ad edendum hunc librorum manu scriptorum catalogum aucti munificentia Abbatis meritissimi, cuius et praesentium monasterii rerum, ut sint florentissimae, et praeteritorum temporum reliquiarum, ut conserventur et illustrentur, summa est cura.

Certe in cuiusvis monasterii pretiosissimis antiquitatis reliquiis habenda est copia librorum a maioribus relictorum, quibus ipsa antiquitas vivere ad posteros pergat. Quae superioribus saeculis monachi ad cultum atque humanitatem profecerunt, in bibliotheca quasi in speculo conspiciuntur, licet multa labentibus annis damna evenerint, ut quae profecta sunt, non integre speculo reddantur.

Quod etiam huius monasterii fata testantur. Permulta, quae praeterita saecula dederunt, temporum iniquitate periere; desiderantur multa, quorum fama solum ad nostram memoriam pervenit.

Quae fuerunt a. 1410 et in utraque Turcarum oppugnatione incendia, etiam libris monasterii nostri damnosa fuerunt.<sup>1)</sup> Praeterea dubium vix est, quin a. 1418 Scoti relinquentes

---

<sup>1)</sup> Hauswirth, Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei U. L. F. zu den Schotten in Wien, Wien 1858, 25, 56, 113.

monasterium Germanisque monachis cedentes tabulas gravioris momenti secum abstulerint;<sup>1)</sup> a quibus etiam libros quosdam, qui pluris aestimarentur, ablatos esse haud ineptum videtur colligere. Ceterum ignorantia et negligentia multa periisse nullo negotio intellegitur; saepenumero enim in ligaturis fragmenta codicum dissectorum eorumque imprimis liturgicorum inveniuntur. His rebus factum est, ut antiquorum potissimum librorum numerus ipsius monasterii vetustati minime respondeat.

Codicum pars longe maior ad saeculum XV spectant vel illis temporibus comparati sunt. Fuerunt Abbates quidam, qui et ipsi litteras maxime colerent et suis monachis essent studiorum auctores. E quorum numero, ut paucos commemorem, Ioannes de Ochsenhausen (1428—1446) codices undecim,<sup>2)</sup> quod probari potest, comparavit, codicem numero 304 insignitum propria manu exaravit; Martini de Lewbicz (1446—1461?) nomen quatuor libri exhibent, quos adquisierit,<sup>3)</sup> e quibus unum<sup>4)</sup> magnam partem sua manu scripsit; codicis 251 pars Ioannis Lambacensis Abbatis (1466—1467) operae debetur. Quantum vel ex ipsis indiciis vel ex litterarum forma vel ex argumento dispici potest, a sodalibus monasterii exarati sunt libri viginti quattuor,<sup>5)</sup> cum de reliquorum librariis nihil inveniri possit.

Aucta est librorum copia consuetudine ac familiaritate, quae fuit illis temporibus inter monasterium et universitatem

---

1) Hauswirth 28.

2) Codd. 21, 22, 30, 63, 151, 266, 285, 288, 295, 317, 377.

3) Codd. 68, 230, 329, 354.

4) Cod. 68.

5) Codd. 25, 40, 68, 70, 98, 106, 132, 151—153, 174, 192, 250, 251, 258, 275, 304, 328, 358, 391, 395, 397, 402, 405. E librariorum numero memoratu digni prae ceteris videntur: Joannes Nagler de Päs Dorf, Wolfgangus de Enzersdorf, Wolfgangus de Everding, Joannes Ratisbonensis.

Vindobonensem,<sup>1)</sup> cuius illustrissimi professores in largitorum numero inveniuntur. Ioannes Polczmacher, decretalium doctor ac praepositus ad s. Petrum Brunensis, quadraginta sex codices de decretalibus, sex de iure civili, triginta morales et poeticos monasterio legavit<sup>2)</sup> ea condicione, ut libri iuridici studiosis et doctoribus iuris data cautione et convenienti pretio commo-  
darentur.<sup>3)</sup> Urbanus Mellicensis, rector universitatis a. 1425 et 1427, canonicus ad s. Stephanum, codices dedit septem;<sup>4)</sup> Nicolaus de Dinkelspühel codicem unum propria manu exaratum,<sup>5)</sup> Ioannes Oppenweyler de Haylprunna, theologiae doctor, codices quattuor,<sup>6)</sup> Narcissus Herz de Berching unum.<sup>7)</sup> Nec deerant alii diversae condicionis homines, qui libros donarent; quod ex inscriptionibus colligere licet, Stephanus Kayser quinque codices,<sup>8)</sup> Thomas de Weytra, sacerdos dioeceseos Pataviensis, quattuor,<sup>9)</sup> Leonardus Dienhofer, qui fuit Wolfgangi de Everding monasterii sodalis frater, quinque,<sup>10)</sup> Christianus Waslab clericus Waitzendorfensis duo,<sup>11)</sup>

---

1) Cf. Aschbach, Geschichte der Wiener Universität im ersten Jahrhunderte ihres Bestehens, Wien 1865; Kink, Geschichte der kaiserlichen Universität zu Wien, Wien 1854.

2) Quorum hoc tempore duodetriginta certo inveniri possunt: codd. 1—9, 77—80, 82, 84, 134—137, 163, 220, 222, 229, 247, 281, 344—346.

3) De testamento cf. Wolfsgruber, Regesten aus dem Archive des Benedictinerstiftes Schotten in Wien, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 105.

4) Cf. adnotationem cod. 363.

5) Cod. 274 ut videtur.

6) Codd. 42, 125, 300, 343.

7) Cod. 20.

8) Codd. 13, 14, 76, 90, 207.

9) Codd. 31, 87, 100, 103.

10) Codd. 46, 49, 92, 292, 387.

11) Codd. 128, 376.

dissimuletur, quantum nonnumquam Cisterciensium catalogi, qui exstant in Xeniorum Bernardinorum parte secunda inque primis, quos Weis et Grillnberger ediderunt, nobis profuerint.<sup>1)</sup> Accedunt opusculum a Czerny<sup>2)</sup> editum atque catalogi Cremifanensis<sup>3)</sup> et Mellicensis,<sup>4)</sup> quos vestigio haerere neque ad finem productos esse valde dolendum est.<sup>5)</sup>

Restat, ut gratias referam P. Coelestino Wolfsgruber, theologiae doctori, magistro doctissimo, qui princeps fuit ad hoc opus suscipiendum, et Antonio Mayer, philosophiae doctori, viro clarissimo, tabularii et bibliothecae Austriae inferioris provinciae directori, qui consiliis saluberrimis me adiuvit et auxit; item P. Paulo Lieger, philosophiae doctori, c. r. gymnasii ad Scotos professori, qui multam diligentiam et operam consumpsit in libro corrigendo.

---

<sup>1)</sup> Xenia Bernardina, P. II, Vindob. 1891.

<sup>2)</sup> Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian, Linz 1871.

<sup>3)</sup> Catalogus codicum manuscriptorum in bibliotheca monasterii Cremifanensis Ord. s. Bened. asservatorum, Lentii 1877—1881.

<sup>4)</sup> Catalogus codicum manu scriptorum qui in bibliotheca monasterii Mellicensis servantur I, Vindob. 1889.

<sup>5)</sup> Praeterea saepius usui nobis erant opera bibliographica haec: Cave, Historia litteraria scriptorum ecclesiasticorum, Oxonii 1740—1743; Denis, Codices manuscripti theologici bibliothecae Palatinae Vindobonensis, Vindobonae 1793—1802; Ebert, Allgemeines bibliographisches Lexikon, Leipzig 1821—1830; Fabricius-Mansi, Bibliotheca latina mediae et infirmae aetatis, Patavii 1754; Hain, Repertorium bibliographicum, Stuttgartiae et Lutetiae Parisiorum 1826—1838; Jöcher, Allgemeines Gelehrtenlexikon, Leipzig 1750—1751; Kropff, Bibliotheca Mellicensis, Vindobonae 1747; Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, Ingolstadii et Augustae Vindellicorum 1768; Oudin, Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, Lipsiae 1722; Potthast, Bibliotheca historica medii aevi, Berlin 1862; Quetif-Echard, Scriptores ordinis praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719—1721.

1.

(50. a. 1.)

Chart. s. XV, f. 570, m. 2<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign. restaur., f. 217 abscisum, aliquot litterae initiales rubrae, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est Monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo.“ (De Joh. Polczmacher, professore, decano [1436, 1439, 1441, 1442, 1445, 1447] facultatis iuridicae et rectore [1438] universitatis Viennensis nec non praeposito ecclesiae Brunensis ad s. Petrum cf. Aschbach 582, 589—591, 611 et E. Hauswirth 41. De testamento viri celeberrimi cf. C. Wolfsgruber, Regesten aus dem Archive des Benedictinerstiftes Schotten in Wien, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 105.)

F. 1<sup>a</sup>—570<sup>a</sup>. (Inscriptio in tegum. ant. a legitur:) *Reperitorium magistri Johannis de calderinis*. Inc.: „A Interdum includit ut C. de nupt.“ Expl.: „Rerum diuisione quod intactum.“ F. 570<sup>b</sup> script. vacat. Auctor, iuris canonici doctor Bononiensis, circa annum 1350 floruit. Cf. Fabr.-Mansi I 321; F. Schulte, Die Rechtshandschr. n. 91; F. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 247 sqq.

2.

(50. a. 2.)

Chart. s. XV, f. 320, m. 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> imago papae alicuius (Gregorii IX.?), f. 52<sup>a</sup> imago b. Mariae virginis, f. 52<sup>b</sup> imago clerici legentis. F. 1<sup>a</sup>: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor dominus Johannes Polczmacher Oremus pro eo.“ Cod. nitide scriptus et bene conservatus est.

F. 1<sup>a</sup>—320<sup>a</sup>. (*Nicolai de Tudeschis [Panormitani, Abbatibus Siculi, moderni] lectura in librum primum decretalium.*) Inc.: „Hec Rubrica potest ad precedencia et ad sequencia sic

continuari.“ Expl.: „Post temporalem concedat nobis altissimus in secula seculorum Amen. Sit nomen domini benedictum.“ F. 25<sup>b</sup>—30<sup>b</sup> et 320<sup>b</sup> script. vacant. Nicolaus de Tudeschis Catanensis ordinis s. Benedicti abbas Panormitanus, docuit Catanæ Senis Parmæ Bononiæ. Anno 1434 archiepiscopus Panormitanus factus concilio Basileensi interfuit et a. 1440 ab Felice V. antipapa cardinalis creatus est. Obiit 1445. Cf. Fabr.-Mansi V 134 et Schulte, Die Gesch. der Quellen II 312 sqq.

3. (50. a. 3.)

Chart. s. XV, f. 413, m. 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> imago, sicuti videtur, Gregorii IX. papæ et duorum virorum doctorum, f. a cap. a: „Iste liber est Monasterii marie . . . quem testatus est nobis egregius . . . Polezmacher Oremus pro eo.“

F. 1<sup>a</sup>—413<sup>b</sup>. (*Nicolai de Tudeschis lectura in librum II. decretalium.*) Inc.: „Huius Rubrice continuacio patet ex continuacione.“ Expl.: „Studencium in hac compilacione ad honorem ipsius Amen. Laus deo.“

4. (50. a. 4.)

Chart. s. XV, f. 305, m. 2<sup>o</sup>, man. I (Goswini, qui scripsit cod. 2 et 3), ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> littera initialis picta, deinceps rubræ et cæruleæ initiales, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est monasterii b. virginis Marie alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polezmacher. Oremus pro eo.“

F. 1<sup>a</sup>—305<sup>a</sup>. (*Nicolai de Tudeschis lectura in librum III. decretalium.*) Inc.: „Redemptor postulato suffragio ut ostendat originem.“ Expl.: „Per suam ineffabilem clemenciam Amen. Nycolaus abbas.“ Deinde: „Si go ponatur et swi sibi associatur Et nus addatur qui scripsit ita vocatur.“ F. 305<sup>b</sup> script. vacat.

5. (50. a. 5.)

Chart. s. XV (1411), f. 307, m. 2<sup>o</sup>, man. I (Pauli quondam Henrici de Salina), ligat. antiqua lign. restaur., permultæ litteræ initiales pulchre

pietae, f. 1<sup>a</sup>: „Iste liber est monasterii S. Marie virginis alias schotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor magister iohannes polezmacher Oremus pro eo.“ Cod. nitide scriptus est.

1. F. 1<sup>a</sup>—54<sup>b</sup>. Inc.: „Postquam de rebus nunc vsque et de spectantibus ad clericos.“ Expl.: „Rapiunt correccionem per canones deo gracias. *Et sic est finis huius quarti decretalium compilati per excellentissimum vtriusque iuris doctorem dominum Antonium de butrio cuius anima requiescat cum illo qui viuit et regnat per infinita secula seculorum.*“ Antonius de Butrio iurisconsultus Bononiensis in patria et Ferrariae docuit. Obiit anno 1408. Cf. Fabr.-Mansi I 122. De editionibus cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 292 et Savigny, Gesch. des röm. Rechtes VI 483. — 2. F. 54<sup>b</sup>—60<sup>b</sup>. *Incipit repeticio . . . eiusdem famosissimi doctoris domini Antonii supradicti* (in cap. 13 tit. XVII libri IV decretalium). Inc.: „Per venerabilem. Hic est solempnis de re obscure dicens.“ Expl.: „De materia dixi s. c. causam. Et sic est finis huius repeticionis per venerabilem etc. Amen.“ — F. 61—64 script. vacant. — 3. F. 65<sup>a</sup>—160<sup>a</sup>. R. De Rescriptis. Inc.: „Abbat. Diuiditur in duas partes.“ Expl.: „Ex parte in Christo. Cui decus . . . Amen. Cuius gracia suffragante et virginis gloriose marie matris eius et B. Antonii scripta illa super element. compleui XXVIII<sup>o</sup> marcii 1397 Bononie Ego petrus de Ancarano vtriusque iuris doctor. *Explicit lectura domini petri de Ancarano super clement.*“ Auctor ex illustri familia Farnesiarum oriundus, celebris iurisconsultus Bononiensis primum in urbe Patavina, deinde Bononiae leges publice docuit. Floruit ca. annum 1380 et obiit Bononiae ca. annum 1410. Cf. Oudin. III 1239 sq. Editiones vide apud Schulte, l. c. II 281. — F. 160<sup>b</sup> script. vacat. — 4. F. 161<sup>a</sup>—165<sup>a</sup>. R. *Hec tabula est super disputacionibus et consiliis domini frederici de Senis per titulos decretalium et primo de constitucionibus Rubrica.* Inc.: „[S]tatuto synodali cauetur.“ Expl.: „De regulis iuris li. VI.“ — F. 165<sup>b</sup>—166<sup>b</sup> script. vacant. — 5. F. 167<sup>a</sup>—297<sup>a</sup>. Prologus inc.: „Domini nostri Jesu Christi nomine eiusque matris sanctissime marie virginis.“ Expl.: „Per litteras alphabeti po-

nentur.“ Quaestiones inc.: „Questio disputata per dominum fredericum de Senis decretorum doctorem in studio paduano. Ad episcopum. Et capitulum communiter pertinet.“ Expl.: „De usuris. *Expliciunt disputationes et questiones et consilia eximii decretorum doctoris domini Frederici de Senis deo gracias. Per me paulum quondam Henrici de Salina anno domini M° CCCC XI die vero XXVIII mensis decembris.*“ Fabr.-Mansi II 209 duos iurisperitos eiusdem nominis novit, quorum uterque consilia scripsit. — F. 216<sup>b</sup>, 232<sup>b</sup>, 297<sup>b</sup>—298<sup>b</sup> script. vacant. — 6. F. 299<sup>a</sup>—309<sup>a</sup>. (*Lectura in decretum.*) Inc.: „Peruerat. In lectura decreti tenebo ordinem consuetum.“ Expl.: „De prescriptis li. VI. Et sic est finis istius repeticionis.“ — F. 309<sup>b</sup> script. vacat.

6. (50. a. 6.)

Chart. s. XV, f. 232, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> littera initialis pulchre picta, deinceps initiales rubrae et caeruleae, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est monasterii b. marie virginis alias Schotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo.“

F. 1<sup>a</sup>—232<sup>a</sup>. Inc.: „De fide instrumentorum Rubrica. Continuata est illa rubrica.“ Expl.: „Et hoc textus noster expresse vult. *Explicit 2<sup>a</sup> pars secundi (decretalium) prosdocimi de Comitibus pad.*“ Prosdocimus Comes vel de Comitibus (de Conti) leges Paduae, Sienae, deinde iterum Paduae docuit, ubi 1449 mortuus est. Cf. Jöcheri continuat. VI 973. — F. 232<sup>b</sup> script. vacat.

7. (50. a. 7.)

Chart. s. XV, f. 258, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> littera initialis nitide picta, deinceps rubrae et caeruleae initiales, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est monasterii b. marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo.“

F. 1<sup>a</sup>—258<sup>a</sup>. (Titulus in tegum. ant. a legitur): *Prosdocimi de Comitibus super secundo decreti (recte: decretalium) pars prima.* Inc.: „Continuatur hec Rubrica secundum Goffre-



dum dictum est supra de iudicio.“ Expl.: „Ut in iuribus alle. in glossa. Explicit prima pars 2<sup>i</sup> libri.“

8. (50. a. 8.)

Chart. s. XV, f. 360, m. 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> et 265<sup>a</sup> litterae initiales pictae, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est Monasterii scotorum wienne testatus ei per egregium decretorum doctorem Magistrum Johannem polezmacher.“

1. F. 1<sup>a</sup>—259<sup>a</sup>. Inc.: „Clerici arma. Si queris vtrum et quando et quibus personis licitum sit.“ Expl.: „Extendi volumus. *Explicit Heinricus bonhit super tercio libro decretalium.*“ De Henrico Bonhit (Bohic, Boyk, Boich, Voich) Armorico, iurisconsulto circa annum 1390, cf. Fabr.-Mansi I 251, III 210 sq.; Oudin. III 1251; Possevin. I 723. Editiones vide apud Schulte, Die Gesch. der Quellen II 267. — 2. F. 259<sup>a</sup>—264<sup>b</sup>. (*Registrum operis praecedentis.*) — 3. F. 265<sup>a</sup>—360<sup>a</sup>. (*Eiusdem [?] commentarius in librum quartum decretalium.*) Inc.: „De materia istius quarti libri quid sit matrimonium.“ Expl.: „Possessor male fidei li. VI.“ — F. 360<sup>b</sup> script. vacat.

9. (50. a. 9.)

Chart. s. XV, f. 196, m. 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> littera initialis nitide picta cum ornamentis, aliae initiales rubrae et caeruleae, f. 1<sup>a</sup> etc.: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretalium doctor dominus Johannes polezmacher Oremus pro eo.“

F. 1<sup>a</sup>—196<sup>a</sup>. Inc.: „Rubrica hec de accusacionibus inquisitionibus et denunciacionibus continuatur duobus modis.“ Expl.: „Ad quam obedienciam Christus nos inducat. Amen. *Expliciunt recollecte egregii et famosi decretorum doctoris domini Nicolai de Sicilia (de Tudeschis).*“ De auctore eiusque opere cf. quod dictum est ad cod. 2. — F. 196<sup>b</sup> script. vacat.

10. (50. b. 1.)

Chart. s. XV, f. 398, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Prima pars Biblie a dom. Jacobo empta.“ Tegum. ant. b: index contentorum, deiu: „Comparati (libri veteris testamenti) sunt autem et cor-

recti per Fridericum wolf qui quemlibet intime exorat ut qui utitur libro hoc dicat sibi vnum Ave Maria.“ Sequitur explicatio aliquot vocabulorum prologi s. Hieronymi. Tegum. post a: enumeratio symbolorum et articulorum symboli Nicaeni cum adnotationibus.

1. F. 1<sup>a</sup>—396<sup>a</sup>. (*Prima pars bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi, hoc ordine:*) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, libri II Esdrae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, libri II Machabaeorum. Adsunt interdum notae marginales. — 2. F. 396<sup>b</sup>. *Hic continentur aliqua vocabula de XXVIII. cap. libri Exodi et sunt nomina lapidum.* Inc.: „Smaragdus gemmarum omnium virencium.“ Expl.: „Amorem diligit coniugalem.“ — 3. F. 397<sup>a</sup>—397<sup>b</sup>. *Hic continentur aliqua vocabula de XI. cap. libri levitici et sunt nomina Avium.* Inc.: „Griffes fis est.“ Expl.: „Ipsis afferat et pauorem.“ — F. 398 script. vacat.

## 11.

(50. b. 2.)

Chart. s. XV, f. 279, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Secunda pars Biblie a dom. Jacobo (emta).“

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Index librorum s. scripturae in hoc codice contentorum.*) — F. 1<sup>b</sup> script. vacat. — 2. F. 2<sup>a</sup>—5<sup>a</sup>. *Sermo super ewangelio dominice quarte post pasca.* Inc.: „[V]ado ad eum . . . . Duo enim sunt ad que homines.“ Expl.: „Que ventura sunt annuntiabit.“ — 3. F. 5<sup>a</sup>—8<sup>b</sup>. *Sermo super ewangelio infra dominicam ascensionis et penthecostes.* Inc.: „[C]vm venerit paraclitus . . . . Omnis diuina veritas a deo.“ Expl.: „Certe cecitati et ignorancie.“ — 4. F. 8<sup>b</sup>—11<sup>a</sup>. *Sermo (de) dominica 17. post octauam penthecostes.* Inc.: „[C]vm intraret Jesus . . . . Infirmittates curantur per sua opposita.“ Expl.: „Inde nos esse lapsuros.“ — 5. F. 11<sup>b</sup>—15<sup>a</sup>. *Sermo (de) dominica XXII. post penthecosten.* Inc.: „[S]imile est regnum celorum . . . . Supra precedenti capitulo legitur.“ Expl.: „Quo ad culpam.“ — 6. F. 15<sup>b</sup>. (*Adnotatio de divisione librorum s. scripturae et versio titulorum.*) Inc.: „Notandum quod totum corpus biblie.“ Expl.: „Von den werichen der XII poten.“ — 7. F. 16<sup>a</sup>—241<sup>b</sup>. (*Secunda pars bibliae veteris*

*testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, lib. Tob., prophet. Isaiae, Jeremiae, Threni, prophet. Baruch, Ezechielis, Danielis, prophetiae minorum prophetarum. — F. 242<sup>a</sup>—243<sup>b</sup> script. vacant. — 8. F. 244<sup>a</sup>—277<sup>a</sup>. (*Pronunciamentum de sanctis*.) De aduentu domini. Inc.: „Aduentus domini agitur per quatuor septimanas ad designandum.“ Expl.: „Rogemus ergo deum vt ipse impetret nobis.“ Opus historiae Lombardicae Jacobi de Voragine brevissimum excerptum exhibet. — 9. F. 277<sup>a</sup>—277<sup>b</sup>. (*Excerpta ex s. Gregorio, s. Augustino, s. Bernardo, Beda, Origine, Platone*.) — 10. F. 277<sup>b</sup>—278<sup>a</sup>. *Nota sollicitudinem pastoralis requisicionis ut infra habetur in statutis sanctorum.* (Quibus diebus ieiunetur et „credo“ dicatur, ostenditur.) — 11. F. 278<sup>a</sup>. (*Excerpta ex s. Augustino, Chrysostomo, Hieronymo*.) — 12. F. 278<sup>a</sup>—279<sup>b</sup>. *Incipiunt concordancie ewangeliorum . . .* Inc.: „De baptismo et predicacione Mat. 3.“ Expl.: „Luce ultimo actuum primo. Expliciunt concordancie ewangelistarum ysidorus in libro Ethymologiarum De canonibus ewangeliorum Deo gracias Amen.“ Quod non convenit cum l. IV c. 14 de canonibus editionis (Colon. 1617) neque alibi potuit inveniri.

12.

(50. b. 3.)

Chart. et membr. s. XV, f. 325, 2<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—146<sup>a</sup>. (*Pars bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, minorum prophetarum, Danielis, libri II Machabaeorum. — 2. F. 146<sup>b</sup>—149<sup>a</sup>. *R. Canones de concordanciis ewangelistarum (s. Hieronymi)*. Ed. Ven. 1771, X 2, 671 sqq. — F. 149<sup>b</sup> script. vacat. — 3. F. 150<sup>a</sup>—218<sup>a</sup>. *R. Incipit prefacio s. Jeronimi presbiteri in libro quatuor ewangelistarum.* Inc.: „Beatissimo pape damaso Jeronymus nouum opus me facere cogis.“ Opus expl.: „Eos qui scribendi sunt libros. Amen. (R.) Expliciunt concordancie ewangeliorum per omnes ewangelistas sancti Jeronimi.“ Ed.

I. c. 659—872. — F. 218<sup>b</sup> script. vacat. — 4. F. 219<sup>a</sup>—287<sup>b</sup>. (*Pars bibliae novi testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae s. Jacobi, s. Petri, s. Joannis, s. Judae, Apocalypsis. — 5. F. 288<sup>a</sup>—325<sup>b</sup>. *R. Incipiunt Interpretaciones uocabulorum hebreorum per ordinem alphabeti*. Inc.: „Aaz apprehens uel apprehensio.“ Expl.: „Zusim consiliantes eos aut consiliatores eorum Amen.“ Est opus spurium venerabilis Bedae. Ed. Colon. 1688, III 371 sqq.

13.

(50. b. 4.)

Chart. s. XIV, f. 276, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales aliquot rùbrae et caeruleae, f. 3<sup>a</sup>: „Liber monasterii b. Marie uirginis uulgariter Scotorum Wienne Quem testamentatus est nobis Stephanus Kayser Pie memorie Oremus deum pro eo.“

F. 1<sup>a</sup> script. vacat. — 1. F. 1<sup>b</sup>. (*Excerptum ex s. Thoma 2<sup>a</sup>, 2<sup>o</sup>, q. III c. IV de ypocritis.*) — F. 2 script. vacat. — 2. F. 3<sup>a</sup>—275<sup>b</sup>. (*Pars prima bibliae ueteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon. — F. 276<sup>a</sup> script. vacat. — 3. F. 276<sup>b</sup>. (*Enumeratio librorum s. scripturae ueteris et noui testamenti.*)

14.

(50. b. 5.)

Chart. s. XIV (1392), f. 275, man. I, ligat. antiqua lign., f. membr. a cap. et ad calc.: fragm. liturg. s. XIII et index contentorum, f. 2<sup>a</sup>: „Iste liber monasterii b. Marie uirginis uulgariter Scotorum Wienne Quem nobis testamentatus Stephanus Kayser pie memorie Oremus deum pro eo.“ Codex iste continuat cod. 13.

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Interpretaciones aliquot breuissimae uerborum s. scripturae.*) — F. 1<sup>b</sup> script. vacat. — 2. F. 2<sup>a</sup>—273<sup>b</sup>. (*Pars secunda bibliae ueteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Lib. I. Esdrae, lib. Nehemiae, lib. III. Esdrae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch,

Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, libri II Machabaeorum. F. 68<sup>a</sup> legitur: „Explicit liber Job Anno 1392 In cathedra s. petri feria quinta.“ — F. 274 et 275 script. vacant.

15. (50. b. 6.)

Chart. et membr. s. XV, f. 546, 2<sup>o</sup>, man. IV, ligat. antiqua lign. restaur., litterae aliquot initiales pictae, f. 513 pars dimidia abscisa, f. ad calc.: fragm. antiphonarii s. XIII.

F. 1<sup>a</sup>—546<sup>b</sup>. (*Biblia veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, libri II Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, Canticum canticorum, prophetiae Isaias, Jeremiae, Baruch, Threni, prophetiae Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, lib. Tobiae, lib. Job, lib. Judith, lib. Esther, lib. II Machabaeorum, lib. Esdrae, lib. Nehemiae. — F. 514 script. vacat.

16. (50. b. 7.)

Chart. s. XV (1423), f. 290, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, tegum. ant. b: index contentorum.

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Adnotatio de libro Levitico*.) Inc.: „Nota leviticus est liber de oblacionibus.“ Expl.: „Quod omni die afferebatur.“ — 2. F. 1<sup>b</sup>. (*Divisio librorum novi et veteris testamenti*.) — 3. F. 1<sup>b</sup>. (*Adnotatio de variis interpretationibus s. scripturae, deinde nomina hebraica librorum Pentateuchi*.) — 4. F. 2<sup>a</sup>—290<sup>b</sup>. (*Pars prima bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, lib. Esdrae, lib. Nehemiae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, lib. Psalmorum, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Ecclesiasticus. In fine: „Finito libro tribuatur gracia cristo Sit pax legenti sit perpes vita scribenti Anno dom. M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXIII.“ — F. 15<sup>b</sup> script. vacat.

17. (50. b. 8.)

Chart. s. XV, f. 278, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. post. a: fragm. antiphonarii s. XIII.

1. F. 1<sup>a</sup>—120<sup>b</sup>. (*Pars secunda bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Prophetiae Isaiiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, duodecim minorum prophetarum, Danielis, libri II Machabaeorum. — 2. F. 121<sup>a</sup>—123<sup>b</sup>. *R. Canones de concordanciis evangelistarum (s. Hieronymi)*. Cf. cod. 12 (2). — 3. F. 124<sup>a</sup>—248<sup>b</sup>. (*Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Evangelia [vel potius „concordanciae evangeliorum per omnes evangelistas s. Hieronymi“, cf. cod. 12 (3)], epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae s. Jacobi, s. Petri, s. Joannis, s. Judae, Apocalypsis. — 4. F. 248<sup>b</sup>—278<sup>b</sup>. *R. Incipiunt interpretationes uocabulorum hebreorum per ordinem alphabeti*. Inc.: „Aaz apprehens uel apprehensio.“ Expl.: „Zusim consiliantes eos aut consiliatores eorum.“ De hoc opere Bedae immerito attributo cf. cod. 12 (5).

18. (50. b. 9.)

Chart. s. XV, f. 282, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 2<sup>a</sup> et 7<sup>b</sup>: litterae initiales pictae, f. 1<sup>a</sup>: „Istum Codicem testamentatus est Monasterio beate et gloriose virginis Marie Scotorum Wienne frater Johannes Nagler de päsдорff arcium baccalaureus ante ingressum sue professionis Cuius anima requiescat in pace.“ Tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus de anima s. XV.

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Excerptum ex s. Thoma, 2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup> q. III c. IV de ypocritis et ex s. Joannis [Chrysostomi] homilia XXII. de iisdem.*) — 2. F. 1<sup>b</sup>. *Nota quedam uocabula super prologum sequentem: Ambrosius frater.* — 3. F. 2<sup>a</sup>—282<sup>b</sup>. (*Pars prima bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi*, hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon. — F. 233<sup>b</sup> script. vacat. — 4. F. 282<sup>b</sup>. (*Ordo librorum veteris testamenti.*)

19. (50. b. 10.)

Chart. s. XV (1465—1466), f. 276, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, f. 1<sup>a</sup>: „Volumen istud testamentatus

est Monasterio beate et gloriose virginis Marie Scotorum Wiene frater Johannes Nagler de püsdorff arcium waccalaureus In ingressu sue professionis Oremus pro eo Comede volumen istud et vadens loquere ad filios israel etc. Ezech. c. 2.<sup>a</sup>

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Index contentorum.*) — F. 1<sup>b</sup> script. vacat. —  
 2. F. 2<sup>a</sup>—262<sup>a</sup>. (*Pars secunda bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi, hoc ordine:*) Lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, prophetiae Isaiiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, libri II Machabaeorum. —  
 3. F. 262<sup>b</sup>—273<sup>a</sup>. (*Explicatio vocabulorum, quae in libris supra dictis et in prologis s. Hieronymi occurrunt.*) Inc.: „Ad cromacium et elyodorum qui episcopi fuerunt.“ Expl.: „Simpliciter i. e. petit.“ — 4. F. 273<sup>a</sup>—273<sup>b</sup>. (*Repetuntur e numero eorum, quae supra explicata sunt, vocabula litt. a incip.*) —  
 5. F. 274<sup>a</sup>—276<sup>b</sup>. (*Versus de supra citatis libris s. scripturae cum glossa interlineari.*) R. Parabole uel proverbialia salomonis. Inc.: „Predicat extranea melior remoue bibe sex sunt.“ Expl.: „Dragmas eupatoris fraus alchima mors nytanoy.“ Versus sunt fragmentum summae sive argumentorum capitum omnium biblicorum utriusque testamenti Alexandri de Villa Dei, de quo cf. Leyser. Hist. poetarum et poemat. med. aevi, Halae Magdeb. 1721, 767—771. Quae summa etiam tamquam biblia pauperum Alberto Magno attribuitur. Cf. Pavel, Hohenfurter Handschriften in Xenia Bernardina II 2 XCI (7). Editiones vide apud Fabr.-Mansi I 68. — F. 45<sup>a</sup> legitur: R. Sequitur prologus in librum Job. Anno LXV. — F. 195<sup>a</sup>. R. *Incipit liber Danielis prophete* Et primo premittitur prologus Anno domini 1466. — F. 273<sup>a</sup>. R. Anno domini etc. 1466. fuerunt barones in campis cum quodam fortalicio nomine Peinhoff non remote distans a Zwerndorff Et capitaneus ribaldorum fuit Schettnewangko et francz vom hag Sed dominus ieorius in parte nostra capitaneus erat.

20.

(50. c. 1.)

Chart. s. XV, f. 366, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. ad calc. a: „Iste liber fuit Magistri Narcissi (Herz de Berching, [cf. Aschbach

453 sqq.]), quem emit a mag. vrbano de mellico (cf. Aschbach 445 sqq.) quatuor flor. vngr. et 5 sol. Anno 1426 defuncto mag. narcisso emptus est a dom. iohanne de ochsenhausen abbate scotorum pro eadem pecunia.“

F. 1<sup>a</sup>—366<sup>b</sup>. *R. Incipit prologus in Augustinum de ciuitate dei.* Inc.: „Interea cum Roma Gothorum irrupcione.“ Opus inc.: „Gloriosissimam ciuitatem dei siue in hoc temporum cursu.“ Expl.: „Deo mecum gratias congratulantes agant. Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto omnipotenti Deo in excelsis in secula seculorum Amen. Et sic est finis libri de ciuitate dei Deo gracias.“ Ed. Maur. 1685, VII. — F. 141<sup>b</sup>—146<sup>b</sup> script. vacant.

21.

(50. c. 2.)

Chart. s. XV (1433), f. 324, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: excerpta ex s. Augustino et s. Gregorio, deinde: „Iste liber comparatus est tempore johannis abbatis de oxenhausen Oremus pro eo.“

1. F. 1<sup>a</sup>—323<sup>b</sup>. (Alia manu:) *Augustinus super primam Quinquagenam psalmorum* (= enarrationes in ps. 1—50). *R. Incipit prologus b. augustini ep. in librum psalmorum.* Inc.: „Omnis scriptura diuinitus inspirata.“ Expl.: „Psalmorum indicent inicia.“ Prologus non est s. Augustini, sed secundum Maurinos Basili ad eius commentarios in psalmos praefatio. Opus inc.: „Beatus vir qui non abiit . . . De domino nostro Jesu Christo.“ Expl.: „Deus de illo exigit suam.“ In fine: „Liber monasterii s. marie alias scotorum in wienna pat. dyoces. scriptus in generali Basiliensi concilio. 1433.“ Ed. Maur. 1691, IV 1—474. — 2. F. 323<sup>b</sup>—324<sup>a</sup>. *R. Sequitur illius libri tabula.* — F. 324<sup>b</sup> script. vacat.

22.

(50. c. 3.)

Chart. s. XV (1434), f. 381, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: „Iste liber comparatus est tempore johannis abbatis de oxenhausen Oremus pro eo.“ In fine aliquot folia desunt.

1. F. 1<sup>a</sup>—229<sup>b</sup>. *Incipit Augustinus super secunda Quinquagena psalmorum videlicet: Quid gloriaris in malicia* (= enar-



rationes in ps. 51—76). Inc.: „Psalmus brevis est de quo loquendum suscepimus.“ — Expl.: „Et uestigia tua non cognoscerent. 1434 Scotorum Wyenne.“ Ed. Maur. 1691, IV 475—815. — 2. F. 230<sup>a</sup>—381<sup>b</sup>. *Quarta pars psalterii* (= enarrationes in ps. 119—140, 20). Inc.: „Brevis psalmus est et ualde utilis.“ Expl.: „Potest mittere in gehennam ignis . . . .“ (finis deest). Ed. l. c. 1364—1574. — F. 230<sup>b</sup> et 382 script. vacant.

23.

(50. c. 4.)

Chart. s. XV (ca. 1428), f. 327, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post a: fragm. hebr., f. 1—4 et 6 desunt, f. 7<sup>a</sup> etc.: „Hic liber est Cenobii b. marie virginis alias Scotorum wyenne quem testatus est M[agister] Jodocus de heylprunna.“

1. F. 5<sup>a</sup>—5<sup>b</sup>. (*Registrum.*) — 2. F. 7<sup>a</sup>—165<sup>b</sup>. *R. Incipit postilla seu expositio tercię quinquagene psalmorum.* Inc.: „Domine exaudi o[rationem] m[eam] . . . . Hic incipit tercię quinquagena psalmorum. Vnde notandum quod totalis liber.“ Expl.: „Ad quam laudem nos perducatur qui cum patre . . . . Amen.“ Auctor Jodocus de Haylprunna esse videtur, nam pars altera codicis aliud eiusdem opus exhibet et codex iste ex eius bonis relictus est. — F. 85<sup>a</sup>, 114<sup>b</sup>—115<sup>b</sup>, 166<sup>a</sup>—169<sup>b</sup> script. vacant. — 2. F. 170<sup>a</sup>—327<sup>b</sup>. *R. 1428 post Colomanni. Incipit prohemium lecture Magistri Jodoci de Haylprunna in theologia doctoris egregij in Marcum evangelistam de laude et preconio sacre scripture.* Inc.: „In Christi nomine. Amen. Lecturus ex dispositione et licencia inclite matris nostre facultatis theologicę.“ Expl.: „Et omnis debetur obediencia in seculorum secula. Amen.“ F. 238<sup>b</sup>—239<sup>a</sup>, 291<sup>b</sup>, 313<sup>a</sup> script. vacant. De Jodoco Weiler de Haylprunna, philos. et theol. professore, ad s. Stephanum canonico, ter academico rectoratu intra annos 1433—1447 functo, † 1457 cf. Aschbach 475 sqq., ubi neutrius ex operibus, quae supra citavi, mentio fit. Verisimile est autogramma auctoris exstare. Idem fratribus monasterii nostri familiariter utebatur. Saepius ibi conciones habuit (cf. Denis II 1948) et bibliothecae nostrae complures codices testamento reliquit.

24.

(50. c. 5.)

Chart. s. XIV (1390), f. 250, 2<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—167<sup>b</sup>. R. *In nomine etc. Incipit liber Augustini de sancta trinitate.* Prologus inc.: „Libros de trinitate que deus est quindecim scripsi.“ Epistola ad Aurelium papam inc.: „De trinitate que deus summus.“ Lib. I. inc.: „Lecturus hec que de trinitate disserimus.“ Lib. XV. expl.: „Et tu ignosce et tui. Amen. (R.) Explicit liber de trinitate b. Augustini Anno dom. M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> die dominica sanctorum martirum Procii et Iacincti et cetera. Finito libro sit laus et gloria christo.“ Ed. Maur. 1694, VIII 747—1003. —
2. F. 168<sup>a</sup>—250<sup>a</sup>. (*Flores ex pluribus s. Augustini operibus per Franciscum Mayronium, ordinis fratrum minorum, collecti.*)
1. F. 168<sup>a</sup>—221<sup>b</sup>. Flores b. Augustini In libro de trinitate per veritates electas sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod tripliciter contigit.“ Expl.: „Vbi clausisti operi pulsanti. Amen.“ —
2. F. 221<sup>b</sup>—229<sup>b</sup>. Flores b. Augustini in libro confessionum sic colliguntur. Inc.: „Primum dictum notabile est istud Fe-cisti nos domine.“ Expl.: „Sicut appetitus sensitivus.“ —
3. F. 229<sup>b</sup>—233<sup>b</sup>. Flores b. augustini in libro octaginta trium questionum sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod omne quod est.“ Expl.: „Aut per adopcionem aut per legem.“ —
4. F. 233<sup>b</sup>—237<sup>b</sup>. Flores veritatum libri b. augustini de mirabilibus sacre scripture sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod ex informa materia.“ Expl.: „In suum dominium vendicabant.“ —
5. F. 237<sup>b</sup>—242<sup>b</sup>. R. In librum retractacionum. Flores b. augustini in libro retractacionum sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod qui non habet.“ Expl.: „Non fuit certus.“ —
6. F. 242<sup>b</sup>—244<sup>a</sup>. Flores b. augustini super genesim contra manicheos sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod nulla scriptura.“ Expl.: „Interficit iuste caput percinditur.“ —
7. F. 244<sup>a</sup>—245<sup>b</sup>. R. Flores b. augustini contra adamancium . . . sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod sincera sapiencia.“ Expl.: „Per nichil inclinacionem.“ —
8. F. 245<sup>b</sup>—246<sup>b</sup>. R. Veritates siue flores b. Augustini super Mattheum. Inc.: „Prima veritas est quod istud dictum

b. Johannis.“ Expl.: „Mortem non timent.“ — 9. F. 246<sup>b</sup>—247<sup>b</sup>. Sequitur super Lucam. Inc.: „Prima veritas est quod illud dictum gabriel.“ Expl.: „Finxit se longius ire.“ — 10. F. 247<sup>b</sup>—249<sup>b</sup>. R. Veritates siue flores in questionibus. Inc.: „Prima veritas quod nullum est inter corpus.“ Expl.: „Vt ipsam perditam recuperet.“ — 11. F. 249<sup>b</sup>—250<sup>a</sup>. In sermone b. augustini de stoycis et eypicuris. Inc.: „Primum dictum est quod cum paulus apostolus.“ Expl.: „Quam surditas cum visu.“ — 12. F. 250<sup>a</sup>. Inc.: „In sermone b. augustini de hoc quod dictum est ego sum quod angelus est.“ Expl.: „Mutari non possum. Amen. Expliciunt libri b. Augustini.“ F. 250<sup>b</sup> script. vacat. Franciscus Mayronius vel Maronis, ordinis minorum, Mayroni in comitatu Nizzensi (Jöcher III 334 sq.) aut Dignae in Provincia (Cave II app. 17 sq.) natus, doctor illuminatus vel acutus nec non magister abstractionum dictus, Joannis Scoti discipulus (Wadding. ann. VI 136), circa annum 1315 floruit et 1325 Placentiae obiit. Quamquam auctor opusculum suum saepius „flores“ appellat, hoc nomen apud nullum laudatorum scriptorum neque apud Fabric. (II 195 sqq.), qui uberrimum librorum indicem nobis praebet, invenitur. Ea, quae argumento quidem opus efficiunt, seiuncta et variis nominibus significata inveniuntur ut theologicae veritates sive compendium librorum s. Augustini de civitate dei vel commentarii breves. Praeterea cf. A. Weiss, Handschr.-Verz. von Reun in Xen. Bernh. II 1, cod. 63 et Denis II 751 sq.

25.

(50. c. 6.)

Chart. et membr. s. XV (1402), f. 133, 2°, man. I (Simonis?), ligat. antiqua lign. restaur., tegum. ant. b: registrum contentorum, in cuius fine legitur: „Omellie autem secundum consuetudinem nostri monasterii in wyenna leguntur pro leccionibus matutinarum secundum signaturam inferius descriptam.“ Cod. in monasterio nostro scriptus esse videtur.

F. 1<sup>a</sup>—133<sup>b</sup>. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Omellie b. gregorii pape (in evangelia)*. Inc.: „Erunt signa in sole . . . Dominus ac redemptor noster fratres karissimi paratos nos inuenire desiderans.“ Homilia ultima super evang.: „Si quis

venit ad me“ expl.: „Ipse nobis gaudia desiderata concedat . . . Amen. Et sic est finis deo gracias. Anno dom. M° CCCC° II° in die s. Johannis baptiste finitus est liber etc. necessitate compulsus etc. Symon Symon Symon. (R.) Laus tibi sit criste quoniam liber explicit iste Amen solamen sprach der blynde zw dem lamem stramen.“ Ed. Maur. 1705, I 1431 sqq. Epistola s. Gregorii ad episcopum Tauromenitanum et oratio ad plebem de mortalitate, quae in editione col. 1434 sq. exhibentur, desunt codici nostro. Series usque ad homiliam 36 eadem est; deinde sequuntur homiliae 40, 38, 39, 37 editionis. Singulis homiliis praecedunt initia evangeliorum.

26.

(50. c. 7.)

Chart. s. XV (1412), f. 185, 2°, man. I (Egydii de Zwyerotycz [cf. cod. 27]), ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae eleganter exaratae, margines foliorum sorde maculati.

F. 1<sup>a</sup>—185<sup>a</sup>. (*Prima pars moralium [lib. I—XVIII] b. Gregorii papae*). R. Prologus Moralium beatissimi Gregorij pape vr̄bis Romane ad s. Leandrum Episcopum Spalensem. Inc.: „Reuerendissimo . . . Dudum te frater sanctissime in Constantinopolitana vr̄be cognoscens.“ R. Incipit prephacio communis. Inc.: „Inter multos sepe queritur.“ R. Incipit primus liber. Inc.: „Vir erat in terra Hus . . . Ideirco sanctus vir v̄bi habitauerit.“ Lib. XVIII expl.: „In ipso suo fonte biberimus. Alleluia alleluia alleluia. Anno domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo finita est hec pars prima Moralium b. Gregorii pape in vigilia vigilie nativitatis Christi Per Egidium Olym Cantorem in Budweys.“ Ed. Maur. 1705, I 1—604. — F. 185<sup>b</sup> script. vacat.

27.

(50. c. 8.)

Chart. s. XV (1413), f. 197, 2°, man. I (Egydii de Zwyerotycz), ligat. antiqua lign. restaur., litterae initiales eleganter exaratae.

F. 1<sup>a</sup>—197<sup>a</sup>. (*Altera pars moralium [lib. XIX—XXXV] b. Gregorii papae*.) R. Incipit liber moralium Decimus nonus.

Inc.: „Quid mirum si eterna dei sapiencia.“ Opus expl.: „Pro me lacrimas reddit. Explicit liber Moraliū b. Gregorii pape sub Anno dom. Millesimo quadringentesimo decimo tercio feria ante festum s. Vrbani in Budweys per Egidium de Zwycerotecz olym cantorem ibidem in Budweys Alleluja.“ Ed. Maur. 1705, I 604—1168. — F. 197<sup>b</sup> script. vacat.

28.

(50. c. 9.)

Chart. s. XV (1448), f. 420, 2<sup>o</sup>, man. VI (II Pauli de Niclaspurga), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV cum neumis, tegum. post. a: fragm. hebr.

1. F. 1<sup>a</sup>—186<sup>b</sup>. *R. Incipiunt epistole s. Bernhardi abbatis clareuallensis ad varios status hominum.* Epistola prima ad Robertum nepotem suum qui de cyster-ciensi ordine transierat ad cluniacensem. Inc.: „Satis et plus quam satis sustinui fili.“ Epistola „exhortatoria ad archiepiscopos et ad orientalem Franciam atque Bauariam ad passagium pro signacione crucis et terre sancte liberacionem“ expl.: „Quod auertat a uobis qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. (R.) Expliciunt epistole b. Bernhardi abbatis anno dom. 1448 circa festum sancti Mathie apostoli.“ Alia manus addidit ad Ermirgardam comitissam epistolam, quae inc.: „Recepi delicias cordis mei,“ et prologum in epistolam primam, qui inc.: „Frater Rubertus sancti Bernhardi monachus.“ Codex epistolas 278 continet, quae in opp. omn. s. Bernardi inveniuntur. — 2. F. 187<sup>a</sup>—189<sup>b</sup>. *R. Incipit registrum epistolarum b. Bernhardi abbatis*, eo ordine quo in hoc libro sunt scripte. quia aliter fuerunt in quodam exemplari ordinate. Et aliquae eisdem sunt hic addite. — F. 190—192 script. vacant. — 3. F. 193<sup>a</sup>—214<sup>b</sup>. *R. Incipit liber exhortacionis (de salutaribus documentis) b. Augustini ad quendam Comitem karissimum sibi.* Inc.: „O mi frater karissime si cupias scire.“ Expl.: „Virtus et imperium et potestas in secula seculorum Amen. Explicit liber exhortacionis . . . scriptus per manus Pauli de Niclaspurga Anno etc. decemb.“ Opus spurium. Ed. Maur. 1685, VI app. 193—210. — 4. F. 215<sup>a</sup>—216<sup>a</sup>. *R. Epistola (s. Bernhardi?) ad virginem de preconio laudis eius.* Filia fuit comitis

Andegauensis que spreuit thalamum et coniugium regis anglorum pro cubiculo regis celorum et facta monacha et abbatissa fuit. Inc.: „Venerabili abbatisse fontis hebraldi . . . . Inspector conscienciarum deus.“ Expl.: „Non potui pluribus impeditus.“ Epistola in edit. inveniri non potuit. — F. 216<sup>b</sup> script. vacat. — 5. F. 217<sup>a</sup>—288<sup>b</sup>. Inc.: „Cogitatum habe in preceptis dei . . . . Hoc clamat lex.“ Expl.: „Habere volens pro repetitis Amen Deo gracias. *Explicit exemplarium decalogi etc.* De Haselpach thomas legis dei que magister Ast sicut plebanus fabricat illud opus Anno Millesimo quadringentesimo trigesimo nono. Optat et ipse preces gratas amore dei.“ Aschbach 521, sermones in decalogum commemorat, quos anno 1449 habitos esse dicit. — 6. F. 289<sup>a</sup>—303<sup>a</sup>. (Inscriptio indicis:) *Questio magistralis de sanctificatione sabbati*. Inc.: „Vtrum sanctificare sabbatum paciatur actuale peccatum.“ Expl.: „Nescio excusaciones de peccato Et tantum de ista questione.“ — 7. F. 303<sup>b</sup>—308<sup>a</sup>. Inc.: „[D]ilecto fratri priori s. Marci . . . . Miror quorsum tendat prudentia tua.“ Expl.: „Libros sanctarum scripturarum ad manum haberem. *Explicit epistola b. Bernardi abbatis Clarcuallensis ordinis Cisterciensis ad priorem s. Marci Cluniacensem contra quemdam Geruasium qui sine iusta causa Cistercienses deseruerat.*“ Est epistola dubia et potius compositio ex diversis opusculis s. Bernardi facta. — F. 309—312 script. vacant. — 8. F. 313<sup>a</sup>—392<sup>a</sup>. *Incipiunt expositiones auctorum sacre scripture et declarationes contra hussitas . . . .* Inc.: „Ivssit reucendissima vestra paternitas.“ Expl.: „Fuit gubernata ecclesia Christi.“ Bibliotheca Hilariensis partem eiusdem tractatus sub titulo adservare videtur: „Contra certos articulos hussitorum collecta per magistros quosdam Wiennenses ad instanciam domini Cardinalis Placentini. Cf. O. Grillnberger, Die Handschr. der Stiftsbibl. zu Wilhering in Xen. Bernard. II 2 cod. 104. — F. 393—396 script. vacant. — 9. F. 397<sup>a</sup>—405<sup>b</sup>. *R. Incipit sermo Synodalis de natiuitate Marie virginis*. Inc.: „Liber generacionis Jesu Christi. Hoc verbun dyaconus noster.“ Expl.: „Electissima generacione Jesu Christo prestante qui . . . . Amen.“ — 10. F. 405<sup>b</sup>—411<sup>a</sup>. *R. Sequitur de sancto Benedicto sermo bonus*. Inc.: „Benedictus vir . . . . Saluator

noster dominus Christus in paradiso.“ Expl.: „In custodiendo illis retribucio multa.“ — F. 411<sup>b</sup>—420<sup>a</sup> script. vacant. — 11. F. 420<sup>b</sup>. (*Index contentorum.*)

29.

(50. c. 10.)

Chart. s. XV (1465, 1466), f. 361, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—2<sup>b</sup>. *R. Incipit epistola s. dyonisiij ad Thimo-  
teum de morte beatorum apostolorum petri et pauli.* Inc.: „Saluto te diuum discipulum.“ Expl.: „Laus et cultus in sempiterna secula. Amen.“ Apud clariores scriptores historiae litterariae epistolae huius mentio non fit. In bibliotheca caesarea Viennensi tria exemplaria adservantur. Cf. Denis I 673, 2108, 2513. — 2. F. 2<sup>b</sup>—24<sup>b</sup>. *R. Francisci petrarche laureati de secreto conflictu curarum suarum.* Inc.: Attonito michi quidem et sepissime cogitanti.“ Expl.: „Et fortuna non obstrepat.“ — 3. F. 25<sup>a</sup>—35<sup>b</sup>. *R. Incipiunt excerpta elucidacionum mystice theologie magistri Marquardi sprenger presbiteri et Magistri arcium studii wiennensis viri eruditi (alia manu:) per patrem Johannem slitpacher similiter magistrum arcium et professum monasterii mellicensis.* Inc.: „Compiler tractatus de mystica theologia.“ Expl.: „Ad finem quarte partis suarum elucidacionum Ante vigil. Joh. bapt. 1465.“ De Marquardo Sprenger cf. Aschbach 615. Kropf 416 hunc librum inter opera Johannis Slitpacher (autogr. cod. Mell. G. 23) enumerat. — 4. F. 35<sup>b</sup>. (*Excerptum*) *ex cap. 3° de diuinis nominibus b. dionisiij.* — 5. F. 36<sup>a</sup>—36<sup>b</sup>. *Linco[l]niensis angelice ierarchie cap. 1.* Inc.: „Thearchicus radius nobis adhuc.“ Expl.: „Recurrat ad originale.“ — 6. F. 37<sup>a</sup>—39<sup>a</sup>. *R. Incipiunt prologi in sanctissimi patris nostri beati videlicet dyonisiij libros.* — 1. F. 37<sup>a</sup>. *Metrum (Johannis Scoti Erigenae ad Carolum Calvum).* Inc.: „Hoc liber (in ed.: libam) sacro grecorum nectare furtim (in ed.: fartam).“ Expl.: „Nodose vitis firmiter vna fera (in ed.: ferax).“ Sunt XII disticha, quae edita sunt apud Jac. Usserium, Veterum epistol. Hibernic. sylloge, Herbornae Nassovicorum 1696, ep. 22 p. 54 sq. — 2. F. 37<sup>a</sup>. (*Alia disticha*

*scripture*. Inc.: „Apparuit gracia saluatoris nostri hominibus omnibus i. ille qui est deus.“ — Expl.: „In celeste horreum preparatur.“ — F. 213<sup>b</sup>, 257, 289<sup>b</sup> script. vacant.

100.

(51. c. 1.)

Chart. s. XV, f. 262, 2<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum wienne pat. dyoc. honorabilis dominus thomas de weytra presb. pat. dyoc. vt oremus deum pro eo et sibi coniunctis.“ Sequitur index contentorum. In dorso: 1478.

1. F. 1<sup>a</sup>—259<sup>b</sup>. (*Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam*.) 1. F. 1<sup>a</sup>—16<sup>a</sup>. R. *Incipit postilla Magistri Nicolai de lyra in Cantica canticorum*. Inc.: „OSculetur me . . . . Expedito primo libro salomonis.“ Expl.: „Suauissima refeccio angelorum et omnium electorum Ad quam . . . . Amen.“ Inter f. 12 et 13 defectus. — 2. F. 16<sup>a</sup>—48<sup>b</sup>. R. *Incipit Nicolaus de lyra super librum Sapientie*. Inc.: „Post libros hystoricales non canonicos.“ Expl.: „Ad laudem nominis tui quod est benedictum in secula seculorum Amen.“ — 3. F. 48<sup>b</sup>—96<sup>b</sup>. R. *Incipit liber Machabeorum primus cum lectura magistri nicolai lyra*. Inc.: „ET factum est: Post historiam libri Judith.“ Expl.: „Per implecionem misterij verbi incarnati Cui cum patre . . . . Amen.“ — 4. F. 96<sup>b</sup>—140<sup>a</sup>. R. *Incipit lectura Nicolai lyre super parabolas Salomonis. Prohemium seu prefacio mag. Nicolai de Lira pro tribus libris Salomonis sapiencialibus*. Inc.: „ECce descripsi tibi.“ Expl.: „Intendere non propono.“ Opus inc.: „Parabole salamonis. Circa primum librum.“ Expl.: „Sapientiam consecuntur.“ — 5. F. 140<sup>a</sup>—163<sup>b</sup>. R. *Incipit Postilla litteralis in Ecclesiasten eiusdem*. Inc.: „Verba ecclesiastes Sicut dictum fuit.“ Expl.: „Et ad gloriam dei cui est honor . . . . Amen.“ — 6. F. 163<sup>b</sup>—259<sup>b</sup>. R. *Incipit Ecclesiasticus*. Inc.: „OMnis sapiencia a domino deo est. Hic incipit liber ecclesiasticus.“ Expl.: „Et disponit omnia suaviter Cuius nomen est benedictum in secula seculorum Amen.“ — 2. F. 259<sup>b</sup>—261<sup>a</sup>. R. *Exhortacio parisiensis contra hussitas*. Inc.: „Exurgite tandem o christi fideles.“ Expl.: „Et pedes nostros in viam pacis dirigere Datum

Parisiis in nostra congregatione generali aput sanctum Martinum solemniter celebrata Anno domini M<sup>o</sup> CCCC. vicesimo Octavo. die XIII<sup>o</sup> Mensis decembris.“ — F. 261<sup>b</sup> script. vacat.

101.

(51. c. 2.)

Chart. s. XV (1423), f. 345, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—331<sup>b</sup>. (*Henrici de Hassia commentarius in Gen. c. 3.*) Inc.: „[I]N sudore vultus tui . . . . Itaque ostensum est in precedentibus qualiter primus homo.“ Expl.: „Cum apparuerit me gaudenti animo fateor assensurum Taliter ergo et tantum. (R.) Anno domini M.CCCCXXIII Circa festum pasce.“ Commentarii huius in Genesin amplissimi, cuius ne ipse quidem auctor finem vidit, codex partem exiguam continet; de quo cf. Denis II 185 sqq. et Asehbach 387. — F. 130<sup>b</sup>—131<sup>b</sup>, 332—333 script. vacant. — 2. F. 334<sup>a</sup>—345<sup>b</sup>. (*Registrum.*)

102.

(51. c. 3.)

Chart. s. XV, f. 275, 2<sup>o</sup>, man. I (Joannis), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV, f. membr. a cap.: fragm. tractatus grammatici.

1. F. 1<sup>a</sup>—142<sup>b</sup>. (*Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.*) 1. F. 1<sup>a</sup>—54<sup>b</sup>. R. *Postilla Magistri nicolai de lira de ordine fratrum minorum super actus apostolorum.* Inc.: „Repleti sunt . . . . Sicut lex ewangelica.“ Expl.: „Ad gloriam | ad quam . . . . Amen.“ — 2. F. 55<sup>a</sup>—93<sup>b</sup>. R. *Incipit Idem Super epistolas canonicas.* Prohemium. Inc.: „Qvatuor sunt minima terre . . . . Septem epistole que canonicce.“ Opus expl.: „Facit est eterna.“ — 3. F. 93<sup>b</sup>—142<sup>b</sup>. R. *Et incipit super Apokalipsim.* Inc.: „Oportet te iterum prophetare . . . . Sicut dixi in principio genesis.“ Expl.: „Gracia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen.“ — F. 143 et 144 script. vacant. — 2. F. 145<sup>a</sup>—273<sup>b</sup>. R. *Incipit expositio canonicarum epistolarum fratris augustini de Anchona ordinis heremitarum s. Augustini | prologus super epistolas canonicas septem sequitur.* Inc.: „Honesto ac reuerendo viro domino

gerhardo tholosano nepoti . . . Dum frequenter amicus meus.“  
Opus expl.: „In futuro de ipsius trinitate Amen. Expliciunt  
postille . . . Et finite sunt per manus Johannis etc.“ Augu-  
stinus Triumphus de Ancona 31 annos natus 1274 concilio  
Lugdunensi interfuit. 1328 Neapoli mortuus est. Ossingerus  
47 „quaestiones super epistolam canonicam s. Jacobi“ solum  
novit. — F. 274 et 275 script. vacant.

103.

(51. c. 4.)

Chart. s. XV, f. 282, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b:  
index contentorum, deinde: „Hunc librum contulit monasterio beate  
marie virginis alias scotorum wienne honorabilis dominus thomas de  
weytra presb. pat. dyoc. vt oremus deo pro eo et sibi coniunctis.“

1. F. 1<sup>a</sup>—188<sup>b</sup>. *Postilla prima siue expositio litteralis  
super librum exodi*. Inc.: „Hec sunt nomina filiorum israel.  
Nota quod materia seu subiectum.“ Expl.: „Que de istis su-  
perius expressa.“ — 2. F. 188<sup>b</sup>—271<sup>a</sup>. *R. Incipit expositio  
Mystica (ad librum Exodi)*. Inc.: „Hec sunt nomina filio-  
rum israel. Quidam indigni sunt nominibus.“ Expl.: „Presen-  
ciam in carne.“ — F. 271<sup>b</sup>—277<sup>a</sup> script. vacant. — 3. F. 277<sup>b</sup>  
—281<sup>b</sup>. (*Imagines coloribus pictae, quae ad materiam huius  
voluminis spectant.*) — F. 282 script. vacant.

104.

(51. c. 5.)

Chart. s. XV, f. 248, 2<sup>o</sup>, man. I (Aegidii de Zwyerotycz, cf. cod. 26  
et 27), ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, tegum.  
ant. b: index contentorum. Cod. nitidissime scriptus est.

1. F. 1 (membr. cum foliis adglutinatis chart.) *Augustinus  
in laude psalmodum*. Inc.: „Dignum quippe est.“ Expl.:  
„Ad medullam intimi intellectus per dei gratiam perueneris.“  
*R. Nota virtutes aliquorum psalmodum*. Inc.: „Ad maiores  
operas dicendus est psalmus Ad te domine clamabo.“ Expl.:  
„Oracio ad altare benedicam dominum in omni tempore.“  
F. 1<sup>a</sup> leguntur versus:

„Dum cor non orat in uanum lingua laborat  
Qui psalmos resecat et uerba dauidica curtat  
Non plus inde feret quam quod lingua sua taceret.“ —



2. F. 2<sup>a</sup>. R. *Canticum ymnus sive psalmus david pro victoria leonis vrsi et goliad philistei in puericia.* Inc.: „Pusillus eram inter fratres meos et adolescencior.“ Expl.: „Comburentur usque ad nichilum.“ Psalmus apocryphus editus est a Fabricio (Cod. pseudoepigr. vet. test. Hamburgi et Lipsiae 1713, 905 sqq.). Cf. cod. 30. — 3. F. 2<sup>b</sup>. R. *Incipit prologus beatissimi ieronimi presbiteri in librum psalmorum dauid prophete.* Inc.: „Psalterium rome dudum positus emendaueram.“ Expl.: „Quam de purissimo fonte potare. (R.) Explicit prologus in psalterium gallicanum B. Ieronimi presbiteri.“ — 4. F. 3<sup>a</sup>—202<sup>a</sup>. R. *Incipit prephacio in librum psalmorum Magistri Nicolai de lira fratrum minorum.* Inc.: „PROpheta magnus surrexit in nobis luc. VII. Quamuis liber psalmorum apud hebreos.“ Opus inc.: „Beatus vir. Quamuis beatus Augustinus dicat.“ Expl.: „Permanebit eternaliter deitati vnita. Sub anno domini Millesimo CCCC° XXVI° feria Tercia proxima post Translacionem Sancti wenceslai finitus est liber iste psalmorum cum exposicione super eodem fratris Nycolay de lyra ordinis fratrum minorum excellentissimi in sacra pagina Magistri Comparatus per honorabilem dominum Johannem dictum Pryndl plebanum Ecclesie in Vgezd Scriptus vero et finitus per Egidium de Zwierotycz tunc temporis moram trahentem in Budyeyowycz“. — F. 202<sup>b</sup> script. vacat. — 5. F. 203<sup>a</sup>—243<sup>a</sup>. R. *Cassiodorus (falso!) super psalmos penitenciales.* Inc.: „Si ille rex et propheta conuenienter dauid.“ Expl.: „Et suauius iocunditas | ubi tu deus cum patre . . . . Amen. Explicit gloza Cassiodori super Septem psalmos.“ Idem tractatus in cod. 63(2) s. Gregorio immerito attribuitur. — F. 244<sup>b</sup>—248<sup>b</sup> script. vacant.

105.

(51. c. 6.)

Chart. s. XV, f. 120, 2<sup>o</sup>, man. I (Conradi Megenwart), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. tractatus grammatici s. XIII, tegum. post. a: versus s. XIII., qui ad historiam naturalem spectant. F. 120<sup>b</sup>: „Iste liber est Conradi.“ Cod. in fine mutilus.

F. 1—2 script. vacant. — 1. F. 3<sup>a</sup>—16<sup>a</sup>. (*Mammotrepti qui dicitur fragmentum, quo vocabula in psalmis occurentia explicantur.*) Inc.: „PEstilencie i. contagij quod dum vnum

apprehendit.“ Expl.: „Versus bis mille sexcentos sex canit ille Et sic est finis. (R.) Conradus Megenwart.“ Cf. cod. 59. — F. 16<sup>b</sup> script. vacat. — 2. F. 17<sup>a</sup>—116<sup>b</sup>. (*Psalterium, cantica Isaiæ Ezech. Annae Moysis [Ex. 15.] Habac. Moysis [Deut. 32] trium puerorum Zachar., hymnus Ambros., symbolum Athanas., cum glossa interlineari.*) Inc.: „Beatus vir . . . . Nota quod iste psalmus intytulatur.“ Expl.: „Sed assumptione humanitatis.“ Ps. XLII deest. — F. 82<sup>b</sup> et 117—120 script. vacant.

106.

(51. c. 7.)

Chart. s. XV (1474), f. 315, 2<sup>a</sup>, man. III (II Wolfgangi de Euzensdorff professi monasterii Scotensis), ligat. antiqua lign., nonnullae litterae initiales pulchriore modo exaratae.

F. 1<sup>a</sup>—314<sup>b</sup>. (*Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.*) 1. F. 1<sup>a</sup>—23<sup>a</sup>. R. *Incipiunt moralitates magistri Ni[colai] de li[ra] in ysaiam prophetam.* Inc.: „Visio ysaie. In hoc primo capitulo populi iudaici peccata.“ Expl.: „Scilicet de christo et ecclesie processu.“ — 2. F. 23<sup>a</sup>—52<sup>a</sup>. R. *Incipit postilla eiusdem moralis super ieremiam prophetam.* Inc.: „[V]ERBA IEREMIE. Per ieremiam qui excelsus domino interpretatur.“ Expl.: „Ewkaristia noui testamenti.“ — 3. F. 52<sup>a</sup>—61<sup>a</sup>. R. *Incipiunt lamentaciones eiusdem.* Inc.: „QVOMODO SEDET . . . . Hic incipit lamentacio casus ierusalem.“ Expl.: „In finali iudicio Amen.“ — 4. F. 61<sup>a</sup>—83<sup>b</sup>. R. *Incipit postilla moralis magistri Ni[colai] de lyra super ezechielem prophetam.* Inc.: „ET FACTUM EST . . . . In ista prima uisione.“ Expl.: „Quod hic repetere non intendo.“ — F. 84 script. vacat. — 5. F. 85<sup>a</sup>—103<sup>b</sup>. Inc.: „EGO visionem multiplicauī . . . . Verbum propositum primo exponendum est.“ Expl.: „Deducetur quod nobis . . . . (R.) *Explicit moralitas Ni[colai] de li[ra] super danielem.*“ — 6. F. 103<sup>b</sup>—148<sup>b</sup>. R. *Incipiunt moralitates in librum XII prophetarum minorum et primo in Osee prophetam.* Inc.: „VERBUM QUOD FACTUM EST . . . . Per osee prophetam qui de mandato domini.“ Expl.: „A dei societate et electorum.“ — 7. F. 148<sup>b</sup>—162<sup>a</sup>. R. *Incipit liber Machabeorum*

*primus*. Inc.: „ET factum est . . . . Per istum alexandrum.“  
 Expl.: „Adeo magnifice premiatur.“ — 8. F. 162<sup>a</sup>—169<sup>b</sup>. Inc.:  
 „FRatribus qui sunt . . . . Hic ponitur quedam prephacio.“  
 Expl.: „Laudes et gracias christo persolui Cui est . . . . Amen.  
 (R.) *Explicit expositio moralis in secundum librum machabeorum Nicolai de li[ra].*“ — 9. F. 169<sup>b</sup>—203<sup>a</sup>. Inc.: „Liber generacionis . . . . Cristi genealogia describitur hic.“ Expl.:  
 „Et meritum vestrum. (R.) *Explicit moralitas Magistri Nicolai de li[ra] super matheum.*“ — 10. F. 203<sup>a</sup>—217<sup>a</sup>. R. *Incipit moralitas eiusdem super marcum*. Inc.: „Inicium ewangelij . . . . Per hoc quod marcus ewangelium.“ Expl.: „Corporalibus preferuntur.“ — 11. F. 217<sup>a</sup>—249<sup>b</sup>. R. *Incipit expositio moralis Magistri Nicolai de li[ra] super lucam*. Inc.: „Fuit in diebus herodis . . . . Inter ewangelistas lucas signatur.“ Expl.: „Dabit spiritum bonum petentibus se.“ — 12. G. 249<sup>b</sup>—267<sup>a</sup>. R. *Incipit moralitas eiusdem super Johannem*. Inc.: „IN principio . . . . Johannes ewangelista tam sublimiter loquitur.“ Expl.: „Maiore est omni laude.“ — 13. F. 267<sup>b</sup>—288<sup>a</sup>. R. *Incipit expositio moralis eiusdem super actus apostolorum*. Inc.: „PRimum quidem sermonem feci . . . . Per hoc christus dedit formam.“ Expl.: „Premio consequendo quod nobis concedat.“ — 14. F. 288<sup>a</sup>—314<sup>b</sup>. R. *Incipit moralis expositio in librum apokalipsis*. Inc.: „Apokalipsis ihesu christi. Sicut dictum fuit in exposicione litterali.“ Expl.: „Gracia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen Igitur Ego frater Nicolaus de lira de ordine fratrum minorum deo gracias ago qui dedit michi gratiam hoc opus faciendi incipiendi et perficiendi Anno domini M° CCCXXIX Rogo eciam eos qui studuerint in hoc opere quatenus deum pro me deprecentur qui actor est omnis boni Amen. (R.) Expliciunt Postille morales seu Mystice Magistri Nicolai de lira sacre paginis (!) eximij professoris super omnes libros sacre scripture Preter illos qui non videbantur tali exposicione indigere anno 1474. per fratrem wolfgangum de Enczensdorff oriundum professum venerabilis Monasterii virginis gloriose vulgariter Scotorum Wiene hec moralitates sunt rescripte.“  
 F. 315 script. vacat.

107.

(51. c. 8.)

Chart. s. XV, f. 268, 2°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. membr. a cap.: fragm. hebr.

1. F. 1<sup>a</sup>—265<sup>b</sup>. (*Nicolai de Gorran postillae in evangelium Matthaei*.) Prologi inc.: „Svme tibi librum grandem . . . . Hec verba sunt scripta ysaye VIII in quibus.“ Expl.: „Non tacerem.“ Opus inc.: „Liber generacionis . . . . sicut fluuius de loco voluptatis.“ Expl.: „Futura bona sine fine mansura ad que nos perducat . . . . Amen et est finis huius voluminis Gorrani super Matheum.“ — 2. F. 266<sup>a</sup>—268<sup>a</sup>. (*Registrum*.) — F. 268<sup>b</sup> script. vacat. — Nicolaus de Gorran vel de Gorrain Gallus ord. praed. diu docuit Parisiis, ubi 1295 diem supremum obiit. Cf. Quetif-Echard I 437 sqq., ubi prologorum mentio non fit; Oudin. III 1222 sqq. De editionibus vide Fabr.-Mansi III 77 et Denis II 250.

108.

(51. c. 9.)

Chart. s. XV (1427), f. 385, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., ab initio mutilus.

F. 1<sup>b</sup>—385<sup>b</sup>. *Excerpta Gorre super epistolas pauli* (= *Postillae Nicolai de Gorran? Petri de Tarantasia? in epistolas b. Pauli*). Praecedit tractatulus, qui inc.: „Nota quare epistola pauli ad romanos primo ponitur.“ Expl.: „Circa canonicas Apostolorum in fine.“ Opus inc.: „Paulus seruus ihesu christi. In principio huius operis sicut et aliorum operum.“ Expl.: „Graciam et gloriam dabit dominus Amen Finis omnium excerptorum super Epistolas pauli. Deo gracias alleluja. (R.) Anno dom. M° CCCC XXVII finitus ante festum sancti wenceslai feria.“ Docti dissentiunt, utrum haec expositio Nicolao de Gorran an Petro de Tarantasia attribuenda sit. Cf. Quetif-Echard I 440—441. Editiones vide l. c., apud Denis II 305 et Hain I 2 p. 487 n. 7815. In hoc codice omnes epistolae s. Pauli exponuntur, deest vero praefatio, quae inc.: „Dedi te in lucem gentium.“

109.

(51. c. 10.)

Chart. s. XIV (1377), f. 198, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV, f. a cap. a: adnotatio „de institucione noviciorum“. Cod. ab initio manc.

1. F. 1<sup>a</sup>—194<sup>b</sup>. Prologus inc.: „... I°. Ad Cor. X°. Omnia in figura contingebant.“ Expl.: „Que est gracia consummata.“ R. Incipit prologus b. Jeronimi. Inc.: „Matheus et cet. Hic est primus prologus b. Jeronimi.“ Opus inc.: „Liber generacionis ... Ewangelium secundum Matheum diuiditur.“ Expl.: „Perfecta sciencia de omnibus prestante domino nostro ihesu christo qui cum patre ... Amen. *Explicit postilla super ewangelia quatuor ewangelistarum fratris Nicolai de lira Ordinis fratrum minorum Doctoris Sacre Theologie In nomine domini Amen. Anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo septimo in die Georij. Qui . me . scribebat . Henricus . Auberge . nomen . habebat. Oriundum (!) de Salczpurga. Finis adest vere scriptor wult haustum habere. Amen Orate pro scriptore. Consumptum est. precium non postulo. Scriptoris nomen si quis cognoscere velit En tibi sit primum gil medium ziph sit in ymum. Vnd nicht anders. Henricus valchastainer cambiensis wer geyt der ist lieb | er sey rauber prenner oder diep.*“ — 2. F. 195<sup>a</sup>—196<sup>a</sup>. (*Distributio ewangeliorum per circulum anni.*) — F. 196<sup>b</sup>—198<sup>b</sup> script. vacant.

110.

(51. c. 11.)

Chart. s. XV, f. 240, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

F. 1<sup>a</sup>—239<sup>a</sup>. R. Incipit postilla fratris Nicolai de lira de ordine fratrum minorum Sacre theologie venerabilis doctoris super epistolis pauli apostoli. Inc.: „Eccc descripsi eam tibi ... Quod verbum de sapiencie descriptione dicitur.“ Expl.: „Confirmetur in presenti et in futuro prestante domino nostro ihesu christo Cui est ... Amen. Explicit postilla ... finito libro sit laus et gloria Christo.“ F. 239<sup>b</sup>—240<sup>b</sup> script. vacant.

111.

(51. c. 12.)

Chart. s. XV, f. 238, 2°, man. III., ligat. antiqua lign., in interior. tegum. partibus excerpta ex Augustino Ambrosio Gregorio Beda Damasceno Bernardo de remittendis peccatis et de oboedientia. Folia humore laesa.

F. 1<sup>a</sup> script. vacat. — 1. F. 1<sup>b</sup>—215<sup>b</sup>. *R. Incipit prohemium auctoris libri mamotrecti (Joannis Marchesini)*. Inc.: „Impaciens proprie impericie ac ruditati compaciens.“ Opus expl.: „Ausu i. audacia masculini generis et quarte declinacionis Amen.“ Ordo contentorum: Expositio vocabulorum s. scripturae, de mensibus Hebraeorum, de festiuitatibus legalibus, de vestibus sacerdotalibus, de interpretibus, de diuinatione, de nominibus dei apud Hebraeos, de modo exponendi s. scripturas, de qualitatibus et dimensione s. scripturae, de quatuor synodis, de orthographia, de accentibus, de antiphonis et responsoriis, expositio hymnorum, expositio super legendis sanctorum, de sermonibus et homiliis, de declaratione regulae. Cf. quae dicta sunt ad cod. 59. — 2. F. 215<sup>b</sup>—224<sup>a</sup>. (*Rubricae diuini officii valentes in monasterio Scotensi.*) F. 216<sup>a</sup> legitur: „Breviarium. In nomine domine ad precludendum viam continue mutacioni singulis annis propter obliuionem et mutacionem presidencium | vtile valde visum fuit modum consuetum in monasterio isto in sequentibus notare.“ — 3. F. 224<sup>b</sup>. *Casus papales*. Inc.: „Qui incidit in heresim.“ Expl.: „Cum eterni.“ — 4. F. 224<sup>b</sup>. (*Scotensia:*) 1. „Nota quinto decimo kalendas may obiit honestus dominus Johannes lasawrer prebendarius huius monasterii et notabilis benefactor et est anniuersarium eius peragendum octo diebus ante vel post aniceti et debent vocari semper duo fratres de carmelitis illo die quibus debet sacristanus dare quatuor grossos et idem fratres sub requiem debent legere missas Idem obiit anno domini 86.“ — 2. „Item feria quinta que fuit octaua sancti Jo[annis] baptiste susceptus est in stuba domini abbatis tunc temporis Johannis de lambaco iurum doctoris honestus vir stephanus faber quondam portarius huius monasterii in prebendarium ita quod tamdiu debet habere prebendam quam diu non cogetur conventus uel maior eius pars de monasterio recedere paupertatis et penurie causa et fuit receptus tunc temporis principaliter ad hoc quia probus et honestus nobiscum incidit in cecitatem facta sunt hec Anno domini MCCCC° LXXXIX.“ — 5. F. 225<sup>a</sup>—225<sup>b</sup>. *R. Casus papales*. Inc.: „Quia oportet medicum corporis.“ Expl.: „Vicesimus casus Symoniacus . . . . tanta per totum.“

— 6. F. 226<sup>a</sup>—231<sup>a</sup>. (*Nicolai de Dinkelspühl? tractatus de poenitentia. In margine legitur: Hic tractatus videtur esse rescriptus ex volumine sermonum Ni[colai] dinklspühl parte estivali. Inc.: „[P]Ostea considerandum est de canonibus penitencialibus.“ Expl.: „Nouimus in fide.“ — 7. F. 231<sup>b</sup>. *Nota Casus Abbatis. Inc.: „Item omnes casus episcopales ad abbatem pertinent.“ Expl.: „In secreto.“ — 8. F. 232<sup>a</sup>—233<sup>a</sup>. *Scripta contra pestilenciam magistri Erasmi doctoris medicine. Inc.: „Agnoscant paternitates vestre primo debetur perpendi quod nullus vmquam fit pestilenticus nisi previe tantum suum caput doleat.“ Expl.: „Hec breuia pro presenti et posterius plura deo uolente Amen.“ — 9. F. 233<sup>b</sup>—234<sup>a</sup>. *Nota casus episcopales secundum magistrum thomam de haselpach. Inc.: „Benedictus XI in quadam decretali.“ Expl.: „31. Qui demones invocat . . . secundum albertum magnum.“ — 10. F. 234<sup>b</sup>—235<sup>b</sup>. (*Adnotationes, quae ad divinum officium spectant.*) — 11. F. 235<sup>b</sup>. (*Supplicatio Henrici de Senfftleben decani Vratislaviensis, qua rogatur, ut Pius II papa fratribus monasterii Scotensis capellam ab ipso in ecclesia huius monasterii fundatam visitantibus singulis sextis feriis indulgentiam trium annorum et totidem quadragenarum concedat.*) De Henrico Senfftleben cf. Hauswirth 38 sq.; Wolfsgruber, Regesten apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 107 sqq. — 12. F. 236<sup>a</sup>. (*Enumerantur libri legibiles ad mensam (et) Libri legibiles ad collacionem.* — 13. F. 236<sup>b</sup>—238<sup>a</sup>. (*Adnotationes ad divinum officium.*) — 14. F. 238<sup>b</sup>. (*Scotensia: Tres epistolae Joannis de Ochsenhausen abbatis Scotensis (1428—1466) ad episcopum Pataviensem datae. Epistola prima versatur circa ordinationem quorundam fratrum monasterii Scotensis. Altera rogatur, ut frater Michael in ordine abbatiali monasterii Cellae b. Mariae virginis ab abbate s. Crucis et Joanne abbate Scotensi tamquam scrutatoribus et compromissariis electus confirmetur. (Dat. infra octav. epiph. 1441.) Tertia ad Leonardum episc. Patav. (1423—1451; cf. Potthast, Suppl. 382) data indicatur resignatio domini Thomae capellani ad s. Rupertum et petitur permissio dominum Stephanum ibidem canonice instituendi.*****

112.

(51. d. 1.)

Chart. s. XV, f. 220, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. a cap. b: index contentorum. Cod. in fine maneus.

F. 1<sup>a</sup>—220<sup>b</sup>. (*Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.*) 1. F. 1<sup>a</sup>—24<sup>b</sup>. *Incipit Liber ysaie.* Inc.: „VISIO ysaie. In hoc I<sup>o</sup> capitulo.“ Expl.: „De cristo et ecclesie processu | et sic est finis.“ — 2. F. 24<sup>b</sup>—46<sup>b</sup>. *R. Incipit expositio moralis eiusdem in Jeremiam prophetam.* Inc.: „VERBA Jeremie. Per Jeremiam qui excelsus domino.“ Expl.: „Proprie habet locum et est finis.“ — 3. F. 46<sup>b</sup>—52<sup>a</sup>. *Incipit Liber Trenorum.* Inc.: „Quomodo sedet sola ciuitas . . . . Hic Incipit lamentacio casus ierusalem.“ Expl.: „Et maxime tempore Saladini.“ — 4. F. 52<sup>a</sup>—68<sup>a</sup>. *Incipit in Ezechielem moralis expositio Ni[colai] de li[ra].* Inc.: „ET factum est . . . . In ista prima uisione.“ Expl.: „Hic repetere non intendo.“ — 5. F. 68<sup>a</sup>—74<sup>a</sup>. *R. Incipit moralitas in danielem.* Inc.: „ANNO tercio regni ioachim . . . . per istum regem.“ Expl.: „Sibi paratum in empirio deducetur quod nobis . . . .“ — 6. F. 74<sup>a</sup>—109<sup>b</sup>. Inc.: „VERBUM quod factum est . . . . Per osee prophetam.“ Expl.: „A dei societate et electorum. (R.) Et sic finiuntur moralitates in 12 breuiores prophetas. *Explicit vetus testamentum Et incipit nouum.*“ — 7. F. 110<sup>a</sup>—112<sup>b</sup>. (*Expositionis in libr. II. Machab. fragm.*) Inc.: „ . . . significatur sancta mater ecclesia.“ Expl.: „Virtutem dei ad pacem.“ — 8. F. 109<sup>b</sup>, 113<sup>a</sup>—138<sup>a</sup>. *R. Incipit expositio moralis Magistri Ni[colai] de li[ra] in ewangelium secundum Matheum.* Inc.: „LIBER generacionis . . . . christi genealogia describitur hic.“ Expl.: „Ad salutem audiencium et meritum vestrum.“ — 9. F. 138<sup>a</sup>—148<sup>a</sup>. *Secundum Marcum.* Inc.: „INICIUM ewangelij . . . . sicut scriptum est in ysaia.“ Expl.: „Corporalibus preferuntur.“ — 10. F. 148<sup>a</sup>—170<sup>a</sup>. *Incipit Lucas.* Inc.: „Fvit in diebus herodis . . . . Inter ewangelistas.“ Expl.: „Dabit spiritum bonum petentibus se.“ — 11. F. 170<sup>a</sup>—182<sup>a</sup>. *R. Incipiunt moralitates Ni[colai] de li[ra] super Johannem.* Inc.: „IN principio . . . . Johannes ewangelista tam sublimer loquitur.“ Expl.: „Maior est omni laude.“ —



12. F. 182<sup>b</sup>—196<sup>b</sup>. Inc.: „Primum quidem sermonem feci . . . . per hoc dedit formam.“ Expl.: „Premio consequendo quod nobis concedat. *Explicit Actus Apostolorum.*“ — 13. F. 196<sup>b</sup>—214<sup>a</sup>. *Incipit Apokalipsis.* Inc.: „Appocalipsis ihesu christi . . . . sicut dictum fuit in exposicione litterali.“ Expl.: „Gracia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen.“ In fine: „Post libros bible canonicos ad non canonicos manum ducimus inter quos primus est liber thobie propter quod incipiam ab ipso c. 1. Nota quod magister nicolaus de lira in exposicione litterali super bibliam sic procedit | quod ipse primo exponit omnes libros canonicos. | et vltimo non canonicos | expositis autem canonicis libris ab eo | a principio genesis usque ad finem Apokalipsis | volens eciam exponere libros non canonicos premitit exordium.“ Quod (f. 214<sup>a</sup>—214<sup>b</sup>) inc.: „HEc oportuit facere . . . . postquam auxiliante deo scripsi super libros sacre scripture canonicos.“ Expl.: „Ad regnum celorum | quod nobis concedat.“ — 14. F. 214<sup>b</sup>—215<sup>a</sup>. *Ex catholicon quod sequitur infra.* Inc.: „Appocrisus.“ Expl.: „Cordis beate virginis.“ — 15. F. 215<sup>a</sup>—218<sup>a</sup>. *R. Incipit moralitas in thobiam.* Inc.: „Thobias ex tribu et civitate neptalim . . . . per thobiam qui interpretatur.“ Expl.: „Feliciter consumare | quod nobis concedat . . . . Amen. — 16. F. 218<sup>a</sup>—220<sup>b</sup>. *Incipit Judith.* Inc.: „Arphaxat itaque rex medorum . . . . per istum qui multas gentes superauerat.“ Expl.: „Dixit autem Judith ad omnem populum | post occi . . . .“ Finis deest.

113.

(51. d. 2.)

Chart. s. XV, f. 187, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: „Lectura M[agistri] petri de augūsta olim scolastici nostri super librum sapiencie quem testatus est nobis. Oremus pro eo.“

1. F. 1<sup>a</sup>—12<sup>b</sup>. (*Liber Sapientiae cum prologo s. Hieronymi.*) Cap. I—IV notae marginales. — 2. F. 13<sup>a</sup>—187<sup>a</sup>. (*Petri de Augusta lectura in librum Sapientiae.*) Prologus inc.: „In nomine sancte | et benedicte trinitatis | patris | et filij | et spiritus sancti Amen Ex intimis mentis mee viribus.“ Expl.: „Inflamare et accendere dignetur | qui est in secula seculorum benedictus Amen.“ Opus inc.: „[L]Ecturus pro

primo meo cursu in bibliam.“ Expl.: „In eterna beatitudine regnare | quod ipse . . . . Amen.“ F. 18—24, 41<sup>b</sup>, 187<sup>b</sup> script. vacant. Aschbach 620 auctoris mentionem facit tamquam theologiae baccalaurei universitatis Viennensis a. 1445.

114.

(51. d. 3.)

Chart. s. XV (1452, 1458), f. 246, 2<sup>o</sup>, man. VII, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—128<sup>b</sup>. *R. Incipit formicarius Reuerendi patris magistri iohannis nyder sacre theologie professoris ordinis predicatorum.* Inc.: „Peragrans crebro partes quasdam presertim alamanie.“ Expl.: „Plus medico corporis quam anime.“ Joannes Nider de Isny Suevus ca. a. 1400 ord. praed. nomen dedit. Post concilium Constantiense, cui adfuit, Vindobonam profectus est theologiam docturus. Postea Norimbergi et Basileae versans in concilio Basileensi multum elaboravit. Obiit Vindobonae 13. Aug. 1438. Formicarius quem dicit, dialogum inter theologum et pigrum proponens, quinque in libros dividitur, quibus homo formicarum exemplo variisque historiis ad vitam christianam incitatur. Cf. Aschbach 446 sqq.; Cruel 457, 468; K. Schieler, Magister Johannes Nider aus dem Orden der Predigerbrüder. Ein Beitrag zur Kirchengesch. des 15. Jahrh. Mainz 1885. Editiones vide apud Fabr.-Mansi IV 446; Quetif-Echard I 793; Hain II 1 p. 499 n. 11830—11833. — 2. F. 129<sup>a</sup>—145<sup>b</sup>. *R. Incipit Tractatus De septem Donis Spiritus sancti (R.) Magistri Thome de Haselpach (recte Nicolai de Dünkelspühl).* Inc.: „EGredietur virga de radice yesse . . . . Ex hac auctoritate et alijs sacre scripture et sanctorum.“ Expl.: „Sed magis ad pias affeccionēs.“ Cf. cod. 39(3). — 3. F. 145<sup>b</sup>—153<sup>a</sup>. *R. Sequitur Tractatus Magistri Johannis Gerson Cellarij parisiensis de oracione ad fratrem suum et valore eius sub pluribus consideracionibus.* Inc.: „Oportet semper orare . . . . Scripsit tulus accuratissime.“ Expl.: „Qui de moribus iudicat. Explicit tractatus Johannis gerson de oracione. Anno domini MCCCC<sup>o</sup>52. Salus populi ego sum dicit dominus.“ Ed. Hag. 1728, III 247 sqq. — 4. F. 153<sup>a</sup>—164<sup>b</sup>. *R. Tractatus de Mistica theologia Gersonis speculatiue procedens.* Inc.: „Penitemini Et credite . . . . AStrinxit me promissio.“ Expl.:

„In sequentibus prosequamur. Explicit Mistica theologia speculatiua Anno 1452 sabbato ante Misericordia domini.“ Ed. I. c. III 362 sqq. — 5. F. 164<sup>b</sup>—168<sup>b</sup>. R. *Johannis Gerson Perfeccio cordis*. Inc.: „Theologus loquitur ad animam christianam.“ Expl.: „Cognoscaris.“ Ed. I. c. III 436 sqq. — 6. F. 169<sup>a</sup>—182<sup>b</sup>. (*Sermones undecim.*) Sermo primus inc.: „Ibunt de uirtute in uirtutem . . . . In uerbis istis tanguntur duo.“ Sermo ultimus expl.: „Quietacionem nobis concedat pater et filius et spiritus sanctus Amen.“ — 7. F. 183<sup>a</sup>—185<sup>b</sup>. R. *Incipit expositio membrorum et vestimentorum dei*. Inc.: „QVicunque sacra scriptura sparsim per diuinos libros.“ Expl.: „Se manifestum manifestare et demonstrare. (R.) Explicit membrorum dei expositio Anselmi episcopi.“ Legitur inter opp. s. Augustini ed. Maur. 1694, VIII app. 67 sqq., ubi inscribitur „de essentia diuinitatis“; in opp. s. Hieronymi ed. Venet. 1771, XI 2, 191 sqq. est epistola „de iis quae de deo in scripturis sanctis attribuuntur.“ Exstat etiam inter s. Bonaventurae opera ed. Venet. 1775, VII 227 sqq. Quare inter opera s. Anselmi ed. Maur. desideratur. — 8. F. 185<sup>b</sup>—199<sup>a</sup>. Inc.: „Quis dabit capiti meo aquam . . . . Opportuimus nunc.“ Expl.: „Medicamenta non queras. *Explicit liber beati Johannis Crisostomi de reparatione lapsi.*“ Ed. Lugd. 1687, V 392 sqq. — 9. F. 199<sup>b</sup>—203<sup>a</sup>. Inc.: „VIdeate quoniam caute ambuletis.“ Expl.: „Precibus possideat quod nobis . . . . Amen. *Explicit speculum amatorum mundi M[agistri] h[enrici] de hassia doctoris eximij.*“ Cod. Mell. 211(10) tractatum hunc mag. Jodoco de Heilprunna, Aschbach 439 opusculum eiusdem nominis Nicolao de Dünkelspübel attribuit. — 10. F. 203<sup>b</sup>—232<sup>a</sup>. *Incipit tractatus de quatuor nouissimis (Henrici de Hassia?)*. Inc.: „Memorare nouissima tua . . . . Sicut beatus Augustinus in libro meditacionum dicit.“ Expl.: „Meditanda tibi.“ Tractatus de quatuor nouissimis vel cordiale de quatuor nouissimis in plerisque libris manuscriptis Henrico de Hassia tribuitur, in nonnullis Thomae de Haselbach. Ab Hartwig II 14 in Henrici de Hassia dubiis numeratur. Denis I 2214 Jacobum Grytrodium praeponit, non tamen aliud adferens argumentum praeterquam quod etiam is de quatuor nouissimis scripserit,

quem numquam vidit. Ceterum Gerardum de Vliederveen auctorem dicit Tiele, Catal. manusc. bibl. univ. Rheno-Traiect. 109. Opus pluries s. XV excusum esse testatur Hain I 2 p. 197 sqq. n. 5691—5712. — 11. F. 232<sup>a</sup>—234<sup>b</sup>. *Incipit regula Sacerdotum laycalium edita per Reuerendum dominum Magistrum heynricum de hassia (?) sacre theologie doctorem.* Inc.: „Mvlti sunt sacerdotes religiosorum regulas deridentes.“ Expl.: „In eternum Quod ipse prestare dignetur Qui cum Et si repereris plura predictis addere cura Anno domini M. CCCC° LVIII Explicit regula de vita sacerdotum Incipit tabula eiusdem regule.“ Denis II 1734 regulam novit, auctorem ignorat. — 12. F. 235<sup>a</sup>—244<sup>b</sup>. (*Joannis Gerson sermo ad synodum Remensem.*) Inc.: „Bonus pastor animam suam . . . . Animaduerte nunc o bone pastor.“ Expl.: „Pastor bonus et deus benedictus in secula Amen.“ Ed. Hag. 1728, II 542 sqq. — 13. F. 244<sup>b</sup>—246<sup>a</sup>. *Sequitur quoddam scriptum de clericis fornicariis.* Inc.: „Sane notandum et cum dolore cordis aduertendum.“ Expl.: „Filius Marie virginis qui est in secula seculorum benedictus Amen.“

115.

(51. d. 4.)

Chart. s. XV, f. 259, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. grammat., tegum. ant. b: index contentorum et registrum legendarum.

1. F. 1<sup>a</sup>—46<sup>b</sup>. (*Sermones de evangeliiis dominicalibus.*) Inc.: „Quoniam exempla plus mouent quam uerba.“ Expl.: „Vt patet in sodomis.“ Auctor in praefatione Chunradum se adpellat, librum vero Equipallarium, cuius finem his exponit verbis: „Rudibus hominibus libellum super dominicas compylare in hunc modum primo textum ewangelij cum preuia et simplici expositione et cum illo themate sermonis cum tripertita cum maiori parte diuisione et cum hystoria veteris testamenti allegare et illa predicta cum natura vnus animalis equipallare. Et ideo si placet Equipallarius vocetur liber.“ — F. 47—48 script. vacant. — 2. F. 49<sup>a</sup>—101<sup>b</sup>. (*Sermones de tempore.*) Inc.: „Dicite filie syon . . . . In verbis premissis quatuor sunt notanda.“ — Expl.: „Johannes vidit VII angelos.“ —

3. F. 102<sup>a</sup>—170<sup>b</sup>. (*Legenda sanctorum.*) Inc.: „Barbara temporibus Maximiani imperatoribus.“ Expl.: „Sanctus Zeilus presbiter sepeliuit.“ Sunt vitae 53, quarum pars e legenda aurea Jacobi de Voragine sumpta est. Cum his conveniunt editionis Graesseanae (Lips. 1850) capp. 16, 18, 29, 134, 144, 148, 151, 154, 155, 157, 164, 165, 171, 190—192, 199, 200, 202, 209, 211. — 4. F. 170<sup>b</sup>—171<sup>a</sup>. R. *De nouo sacerdote sermo bonus.* Inc.: „Accede ad altare . . . . Quando dominus dixit moysi.“ Expl.: „In elevacione corporis christi.“ — 5. F. 171<sup>a</sup>. R. *Item alius (sermo de eodem).* Inc.: „Venit angelus . . . . Verbum propositum.“ Expl.: „Ad deteriora provocatur Rogemus dominum.“ — 6. F. 171<sup>b</sup>—172<sup>b</sup>. Inc.: „[S]ymbolum reddis quo breuiter comprehensa tenetur fides.“ Expl.: „Fidei huius merces erit Amen. (R.) *Explicit expositio s. Augustini de dominica oracione.*“ Ed. Maur. 1683, V 337—343. — 7. F. 172<sup>a</sup>. R. *Augustini de eleemosynis faciendis.* Inc.: „[L]eccio ista fratres quam modo audiuius.“ Expl.: „Et inuentus est.“ Sermo dubius. Ed. l. c. V 1495 sq. — F. 173 script. vacat. — 8. F. 174<sup>a</sup>—259<sup>a</sup>. Inc.: „Cvm appropinquaret ihesus . . . . Tempus quod hodie incipit et durat usque ad natiuitatem domini.“ Expl.: „Vna est redemptio et redemptor vnusque qui viuit . . . . Amen. *Explicit postilla parmensis completa est In die exaltacionis crucis.*“ Quetif-Echard non Antonium camaldulensem (de quo cf. Fabr.-Mansi I 130), sed Antonium de Azaro ordinis praedicatorum, cuius sermones etiam in cod. 52(10) bibliothecae nostrae exhibentur, postillam composuisse putant. Cf. praeterea Denis I 2563. — F. 259<sup>b</sup> script. vacat.

116.

(51. d. 5.)

Chart. s. XV, f. 225, 2<sup>a</sup>, man. VIII., ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post a: fragm. antiphon. s. XIV.

F. 1<sup>a</sup>—225<sup>a</sup>. R. *Incipit postilla Mistica seu Moralis Magistri Nicolai de lira fratris de ordine minorum Super omnes libros biblie exceptis his qui tali expositione non videntur indigere quia morales per se sunt.* — 1. F. 1<sup>a</sup>—2<sup>a</sup>. *Prologus generalis eiusdem de eodem.* Inc.: „Vidi in dextera

sedentis . . . . Sedens super glorie thronum.“ Expl.: „Quam feci in principio litteralis exposicionis.“ — 2. F. 2<sup>a</sup>—21<sup>b</sup>. Inc.: „IN principio . . . . In hoc capitulo.“ Expl.: „Servi tui sumus. (R.) *Explicit liber genesis.*“ — 3. F. 21<sup>b</sup>—35<sup>b</sup>. R. *Incipit liber exodi.* Inc.: „HEc sunt nomina . . . . Per filios israel.“ Expl.: „Ad consecucionem vere beatitudinis quam nobis concedat.“ — 4. F. 35<sup>b</sup>—45<sup>a</sup>. R. *Incipit liber leuitici.* Inc.: „Vocauit autem . . . . In hoc libro principaliter agitur.“ Expl.: „Saluatoris Marci XII et luce XXI<sup>o</sup>.“ — 5. F. 45<sup>a</sup>—54<sup>a</sup>. Inc.: „LOcutus est dominus . . . . In hoc capitulo describitur.“ Expl.: „Et in ipsa firmiter stabiliuntur. (R.) *Explicit moralitas libri numeri.*“ — 6. F. 54<sup>a</sup>—67<sup>b</sup>. R. *Incipit moralitas deuteronomij.* Inc.: „HEc sunt verba . . . . Moraliter per hoc ostenditur.“ Expl.: „Quem redditum nobis concedat . . . .“ — 7. F. 67<sup>b</sup>—74<sup>a</sup>. R. *Incipit moralitas libri Josue.* Inc.: „ET factum est . . . . Allegorice per Josue.“ Expl.: „Ut scribitur in eorum legendis.“ — 8. F. 74<sup>a</sup>—81<sup>b</sup>. R. *Incipiunt moralitates Ni[colai] de lira super librum Iudicum.* Inc.: „POst mortem Josue . . . . Allegorice per Judam signatur.“ Expl.: „Prout fieri potest recuperacionem.“ — 9. F. 81<sup>b</sup>—83<sup>a</sup>. R. *Incipit liber Ruth.* Inc.: „IN diebus vnus iudicis . . . . secundum hebreos iste fuit.“ Expl.: „Sunt regnaturi Quod nobis . . . .“ — 10. F. 83<sup>a</sup>—93<sup>b</sup>. R. *Incipit moralitas Magistri Ni[colai] de lira in primum librum regum.* Inc.: „FVit vir vnus . . . . Allegorice per istum virum.“ Expl.: „Primi libri regum.“ — 11. F. 93<sup>b</sup>—104<sup>b</sup>. *Incipit 2<sup>us</sup> (liber regum).* Inc.: „FActum est autem . . . . per istum hominem.“ Expl.: „Vt dictum est supra.“ — 12. F. 104<sup>b</sup>—113<sup>b</sup>. *Incipit liber regum tercius.* Inc.: „ET rex davit senuerat . . . . Frequenter dictum est per davit.“ Expl.: „Exposicio mistica Domino concedente.“ — 13. F. 113<sup>b</sup>—120<sup>b</sup>. *Incipit liber (regum quartus).* Inc.: „PREuaricatus est autem moab . . . . Cenaculum est pars domus superior.“ Expl.: „Suavissimam fruicionem Ad quam nos . . . . Amen.“ — 14. F. 120<sup>b</sup>—124<sup>b</sup>. *Incipit liber paralipomenon primus.* Inc.: „Adam seth enos . . . . In hoc primo libro.“ Expl.: „Viuyendo in presenti vita.“ — 15. F. 124<sup>b</sup>—128<sup>b</sup>. *Incipit liber paralipomenon secundus.* Inc.: „CONfortatus est . . . . Salomon

autem iam.“ Expl.: „Penitentibus forma datur.“ — 16. F. 128<sup>b</sup>—131<sup>b</sup>. R. *Incipit mystica expositio Ni[colai] de li[ra] super primum librum Esdre.* Inc.: „ANno primo cyri regis . . . . cyrus iste figuram gessit.“ Expl.: „Grex sequatur.“ — 17. F. 131<sup>b</sup>—136<sup>b</sup>. R. *Incipit liber neemie.* Inc.: „VERba Neemie . . . . Per neemiam Qui consolator interpretatur.“ Expl.: „Remuneracionem bonorum consequitur supernorum.“ — 18. F. 137<sup>a</sup>—165<sup>a</sup>. R. *Incipit liber Job.* Inc.: „Vir erat in terra hus . . . . Philosophus primo ethicorum.“ Expl.: „Ad quam longitudinem nos perducatur dominus noster Ihesus christus.“ — 19. F. 165<sup>a</sup>—166<sup>a</sup>. R. *Incipit moralitas in librum thobie.* Inc.: „THobias ex tribu et civitate Neptalim . . . . Per thobiam Qui interpretatur.“ Expl.: „Dies feliciter consumare Quod concedat . . . . amen.“ — 20. F. 166<sup>a</sup>—168<sup>a</sup>. R. *Incipit moralitas in librum Judith.* Inc.: „Arfaxat itaque Rex iudeorum . . . . Per istum qui multas gentes.“ Expl.: „Victoriam per ihesum christum . . . . amen.“ — 21. F. 168<sup>a</sup>—170<sup>b</sup>. R. *Incipit liber Hester.* Inc.: „IN diebus asweri . . . . Illum ordinem quem tenui.“ Expl.: „In precedentibus virtualiter continentur. Explicit | finitur.“ — F. 171 script. vacat. — 22. F. 172<sup>a</sup>—225<sup>a</sup>. Inc.: „[B]Eatus uir . . . . sicut dixi plenius“ Expl.: „Pertranseo de alys hic ponendis. (R.) deo gracias. *Explicit expositio moralis magistri Nicolai de lyra super librum psalmodiarum.*“ Sequitur: „Parabole salomonis Sensus litteralis . . . . quo ad presens.“ — F. 225<sup>b</sup> script. vacat.

117.

(51. d. 6.)

Chart. s. XV (1463), f. 327, 2<sup>o</sup>, man. IV (I Joannis Nagler), ligat. antiqua lign., f. a cap. b: fragm. canticorum biblicorum s. XIII.

1. F. 1<sup>a</sup>—208<sup>b</sup>. (*Sermones de evangeliiis dominicalibus per circulum anni.*) R. Dominica 2<sup>a</sup> in aduentu. Inc.: „ERunt signa in sole . . . . Saluator noster predicens discipulis suis.“ Sermo de dom. XXIV. post pentec. expl.: „Ut patet primo sermone Jacobi usque in finem Deo gracias Et sic est finis huius operis. Finitus est liber iste sub anno dom. Millesimo Quadringentesimo LXIII anno feria secunda post festum Palmarum circa horam 3<sup>am</sup>. (R.) Sag von dir Joh. nagler.“

— 2. F. 209<sup>a</sup>—220<sup>b</sup>. (*Jacobi de Voragine sermones de evangelis dom. X., dom. trinit., dom. XI, XII, XIV, XVI, XVII, XIX—XXI post pentec.*) Primus sermo inc.: „VENient dies in te . . . Sicut legitur in libro qui dicitur.“ Sermo ultimus expl.: „Illos qui sunt in purgatorio Rogemus dominum.“ — 3. F. 221<sup>b</sup>—273<sup>a</sup>. (*Sermones de sanctis Jacobi de Voragine?*) R. De s. Gregorio papa. Inc.: „QVi mane vigilauerit . . . Gregorius qui vigilans interpretatur.“ Expl.: „Sicut fuit sancta Katherina.“ Sermonis de annuntiatione b. Mariae virginis (f. 223<sup>b</sup>—224<sup>b</sup>) et sermonum de missa et ministerio eius (f. 266<sup>b</sup>—270<sup>a</sup>) Jacobus de Voragine auctor inducitur. F. 270<sup>a</sup> in margine legitur: „Explicit Jacobus de voragine habens integre de sanctis CCC et VII sermones.“ — F. 273<sup>b</sup> script. vacat. — 4. F. 274<sup>a</sup>—327<sup>b</sup>. R. *Incipit Tractatus Magistri Johannis Nyder de lepra morali.* Inc.: „Olym deum legimus in leuitico.“ Expl.: „Ut supra late dictum est. Et hec de lepra morali dixisse sufficiant deo gracias Amen.“ De auctore cf. cod. 114(1). Editiones vide apud Hain II 1 p. 497 sq. n. 11811, 11813—11819.

118.

(51. d. 7.)

Chart. (f. membr. 1, 13, 14, 24, 149) s. XV, f. 256, 2<sup>o</sup>, man. IV, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—122<sup>a</sup>. R. *Incipit prohemium de Regimine principum.* Inc.: „Ex regia ac sanctissima prosapia oriundo . . . Clamat politicorum sententia.“ Opus inc.: „Oportet ut latitudo sermonis in vnaquaque re.“ Expl.: „Quam deus ipse promisit suis fidelibus qui est benedictus in secula seculorum Amen. (R.) Explicit liber de Regimine Rēgum et principum editus a fratre Egidio de vrbe ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini.“ Aegidius de Columna Romanus, discipulus Thomae de Aquino, ordinis s. Augustini, 1294 episcopus Bituricensis factus 1316 obiit. Cf. Fabr.-Mansi I 20 et Ossinger 237 sqq., ubi editiones enumeratas invenias. — 2. F. 122<sup>a</sup>—122<sup>b</sup>. R. *Incipit epistola seu yconomia Ganifredi* (alia manu:) *alias Bernhardi de regimine familie et sui ipsius atque domus.*



Inc.: „Gracioso et felici militi domino castris Ambrosij bernardus . . . . Doceri petistis a nobis.“ Expl.: „Sua dampnabilis senectus.“ Mabillonius de epistola ista ita iudicat: „Haec epistola tam indigna est nova luce quam Bernardo auctore. An autem sit Bernardi Silvestris, cuius est opus metricum non editum, quod Megacosmus et Microcosmus inscribitur, Gerrico Doctori Famosissimo nuncupatum, alii viderint.“ (Opp. s. Bern. ed. Maur. 1719, II 324.) Denis I 816 dicit: „Edita saepius typis jam Sec. XV. ut Lipsiae 1497. 4. sub nomine Bernardi Claraevallensis, quin et Operibus ejus inserta usque ad editionem Jac. Merlo Horstii 1641.“ — 3. F. 123<sup>a</sup>—148<sup>b</sup>. *R. Incipit liber moralium editus ab Aristotile quem misit ad magnam Alexandrum Regem discipulum suum de regimine dominorum Regum vel principum qui etiam liber alio nomine vocatur secretum secretorum.* Prologi inc.: „Svmmo domino suo . . . . Quantum luna ceteris stellis.“ Opus inc.: „Fili gloriosissime | imperator iustissime | confirmet te deus.“ Expl.: „Ad meliorem et probabiliorem partem.“ Apud Denis I 2099, ubi etiam editiones invenias, dicitur „congeries Monitorum e Physica, Astronomia, Medica, Politicacque depromptorum Arabis cujusdam, ut videtur, qui Opusculo suo famam ab illustri Nomine quaesierit.“ Translator, qui Joannem, filium Patricii, linguarum interpretatorem peritissimum et fidelissimum sibi nomen indit, se opusculum hoc „in oraculo solis quod construxit Esculapides“ invenisse et e Graeco in chaldaicum sermonem, inde in arabicum vertisse gloriatur. Huius tractatus iam apud Albertum Magnum mentio fit. Cf. Fabric., *Bibl. graec.* III 167. — F. 149 script. vacat. — 4. F. 150<sup>a</sup>—155<sup>a</sup>. *R. Incipit dyalogus de communionem egregii doctoris Mathei (de Cracovia) pragensis.* Inc.: „Multorum tam clericorum quam laycorum querela.“ Expl.: „Datum est nobis corpus domini nostri Jhesu christi qui cum patre . . . . Amen.“ De auctore cf. cod. 30(12). In editionibus, de quibus vide Hain I 2 p. 208—209 n. 5803—5808, inscribitur: *Dialogus rationis et conscientiae de frequenti usu communionis.* — 5. F. 155<sup>a</sup>. (*Oratio pro ecclesia disturbata.*) Inc.: „Domine ihesu christe qui ecclesiam tuam sponsam.“ Expl.: „Debita reddatur gra-

ciarum accio laus . . . . Amen.“ — 6. F. 155<sup>a</sup>—158<sup>a</sup>. (*Sermo synodalis in illud:*) *Quid est quod dilectus meus.* Inc.: „Venerabilis hugo de archa noe sic dicit.“ Expl.: „In celis ingredi mereamur ad quam . . . . Amen.“ — 7. F. 158<sup>a</sup>—160<sup>b</sup>. (*Sermo synodalis in illud:*) *Digne ambuletis.* Inc.: „Dum quid sit predicare in synodo diligenter inspicio.“ Expl.: „Celestis glorie mereamur feliciter peruenire quod nobis . . . . Amen.“ — 8. F. 160<sup>b</sup>—164<sup>b</sup>. *R. Incipit prologus formule confessionum edite a fratre Johanne Rigandi de ordine fratrum minorum domini pape penitenciaro.* Inc.: „Eminentis deuocionis et excellentis discrecionis sanctitatis . . . . Quia ille qui regit.“ Opus expl.: „Mala cum trabuceto eligere.“ Auctor, Clementis V poenitenciarus, vixit circa annum 1310. Apud Fabr.-Mansi IV 125 opus Summa confessoriorum inscribitur. — F. 165<sup>a</sup>—184<sup>a</sup> script. vacant. — 9. F. 184<sup>b</sup>—256<sup>b</sup>. *R. Incipit horologium diuine sapiencie. quod ideo sic intytulatur Nam sicut dies naturalis continet XXIII horas sic iste libellus continet XXIV capitula . . . .* Inc.: „SEntite de domino in bonitate.“ Expl.: „Ardenti desiderio iugiter inherere Qui uiuis . . . . Expliciunt hore de dominica et eterna sapiencia Amen Et sic est finis istius libri.“ Cf. cod. 57(8).

119. (51. d. 8.)

Chart. s. XV (1418), f. 286, 2°, man. I (Joannis de Pruk), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. expositionis libri Genesis s. XV, f. 1<sup>a</sup> (manu s. XVIII): „Catalogo librorum Monasterii B. Virginis in Gärsten inscriptus No. 36.“

F. 1<sup>a</sup>—285<sup>b</sup>. *R. De sancto Andrea sermo primus.* Inc.: „VEnite post me . . . . dicit Gregorius exponens verbum propositum.“ Expl.: „Aut fruendi gaudio Ad quod gaudium . . . . Amen. (*R.*) *Explicit Sokus de sanctis* per manus Johanni (!) de pruk. Finitus est liber in die sancte Elyzabeth Anno dom. M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>.“ Cf. cod. 45. — F. 286 script. vacant.

120. (51. d. 9.)

Chart. s. XV (1447), f. 347, 2°, man. III (III Erhardi de Plawen), ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—290<sup>a</sup>. *R. Ad laudem et honorem omnipotentis dei . . . . Incipit liber Jordanis (!) de sanctis.* Prologus inc.: „DAn catulus leonis . . . . Transuadato fonte.“ Sermo de s. Andrea inc.: „RAbbi vbi habitas . . . . Verba ista ad litteram.“ Sermo ultimus (de s. Catherina) expl.: „In eternum in celis saciat Amen deo gracias. Expliciunt sermones Jordani venerabilis doctoris per me Erhardum de plawen Anno dom. 1447°. In die s. Dorothee gloriose virginis et martiris.“ — 2. F. 290<sup>b</sup>—303<sup>a</sup>. (*Jordani sermones XIV de dedicatione ecclesiae.*) Inc.: „HOdie in domo tua . . . . Verba ista moraliter exponenda.“ Expl.: „Cum effectu teneat sanctitatem Rogemus ergo dominum. (R.) Finis sermonum de Sanctis Jordanj.“ — 3. F. 303<sup>a</sup>—323<sup>b</sup>. *R. Sermones (Jordani) de Comuni Sanctorum Et primo de Apostolis.* Inc.: „MAnete in dilectione . . . . In verbo proposito vbi dominus hortatur.“ Expl.: „Cuius amore dulcissime fruitur Rogemus etc.“ — 4. F. 324<sup>a</sup>—339<sup>a</sup>. *R. (Jordani) Sermo[n]es duodecim ad religiosas personas.* Inc.: „AScendam in palmam . . . . Verba ista scripta sunt.“ Expl.: „Et trina in persona Amen.“ — 5. F. 339<sup>a</sup>—347<sup>b</sup>. (*Jordani sermones ad homines varii status.*) Inc.: „VOs estis genus electum . . . . Beatissimus petrus primus apostolorum.“ Expl.: „Et patet Rogemus etc. (R.) Finis Sermonum de Sanctis vna cum Comuni bono Sanctorum et dedicacionum Ecclesiarum et quorundam Specialium Ad Religiosos et de Nouo Sacerdote. Jordani.“ De auctore cf. quae dicta sunt ad cod. 33. Editiones vide apud Ossinger 801 et Hain II 1 p. 164 n. 9439—9441.

121.

(51. d. 10.)

Chart. s. XV, f. 404, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. a cap.: „Anno 1477.

Regna mathia tibi eripiunt quos federe tractas

Redde caput paci uel tua fata vides.“

Sequitur index contentorum et enumerantur libri veteris et novi testamenti.

F. 1<sup>a</sup>—3<sup>b</sup> script. vacant. — 1. F. 4<sup>a</sup>—302<sup>a</sup> et 307<sup>b</sup>—377<sup>b</sup>. *R. INCipiunt addiciones ad postillam Magistri Nicolai*

bilem missionem.“ Expl.: „Per infusionem spiritus sancti sunt vnite Ad quam vnionem . . . Amen.“ — 25. F. 241<sup>a</sup>—249<sup>a</sup>. (*Sermo de eodem*.) Inc.: „In nomine . . . Hodierna celestis gratie spiritus grata festiuitas.“ Expl.: „Per infinita et indefessa atque in mortalia seculorum secula Amen.“ — 26. F. 249<sup>a</sup>—252<sup>a</sup>. (*Sermo de eodem*.) Inc.: „[S]piritus domini . . . Celeberrimi p[atres] doctores prefulgidi.“ Expl.: „Si enim ita est . . .“ Finis deest. — F. 252<sup>b</sup> script. vacat. — 27. F. 253<sup>a</sup>—259<sup>b</sup>. *In nomine . . . Incipit modus visitandi monasteria*. Inc.: „Primo postquam visitatores ad locum visitandum peruenerint.“ Expl.: „Ad Abbatem pertinet et ad monasterium.“ Cf. cod. 152(29). — F. 260<sup>a</sup> script. vacat. — 28. F. 260<sup>b</sup>—270<sup>a</sup>. (*Modus interrogandi et procedendi in visitandis monasteriis*.) Inc.: „In visitandis monasteriis.“ Expl.: „Ferculorum visitorum.“ Cf. cod. 152(30). — F. 270<sup>b</sup> script. vacant. — 29. F. 271<sup>a</sup>—272<sup>b</sup>. (*Enumerantur casus, in quibus abbas dispensare potest*.) Inc.: „Abbas quouis potest cum monacho multipliciter dispensare.“ Expl.: „In alio monasterio ordinem recepit.“ — 30. F. 273<sup>a</sup>—295<sup>a</sup>. *Jacobi de uela Tractatus de penitencia*. Inc.: „Circa materiam de penitencia considerandum est quod secundum Magistrum sententiarum.“ Expl.: „Et manebit peccator foris cum sua voce conuiuia Et sic est finis operis laus deo.“ De auctore nihil inueniri potuit. — 31. F. 295<sup>a</sup>—296<sup>b</sup>. (*Speculum confessionis et exhortationes, quae spectant ad poenitentiam*.) Inc.: „Peccata obmissionis sunt hec.“ Expl.: „Se preparat et disponat.“ — 32. F. 297<sup>a</sup>—308<sup>a</sup>. *Incipit prologus (in vitam) beati Judoci*

*confessoris.* Inc.: „Speciosum virtutis speculum nostris apponit oculis.“ Expl.: „Dilucida patefiat.“ Opus inc.: „Judocum confessorem magnificum brittania genuit.“ Expl.: „Et tandem uitam eternam habeatis per ipsum cui est . . . Amen.“ Sequitur enumeratio festivitatum et officium b. Judoci. — F. 308<sup>b</sup> script. vacat. — 33. F. 309<sup>a</sup>—312<sup>a</sup>. (*Orationes ad dominum.*) Inc.: „Adoramus te christe rex glorie.“ Expl.: „Manuum pedum et lateris sangwinem effundentem.“ — 34. F. 314<sup>b</sup>—317<sup>b</sup>, 312<sup>b</sup>—314<sup>a</sup>, 318<sup>a</sup>—340<sup>a</sup>. (*Tractatus theologici de gaudiis sanctorum, de peccatis, de excommunicatione, de dispensatione.*) Inc.: „Quatuor sunt in genere de quibus gaudent et gaudebunt sancti.“ Expl.: „Uota subditorum sic mutare dispensare relaxare.“ — 35. F. 340<sup>b</sup>—347<sup>a</sup>. (*Joannis Gerson tractatus de praeparatione ad missam et pollutione nocturna fragmentum.*) Inc.: „[D]vbitatum est apud me frequenter et diu.“ Expl.: „Audebimus ostendere Caueamus ne potius . . .“ Deest pars considerationis IX et consideratio X. Ed. Hag. 1728, III 328 sqq. — F. 347<sup>b</sup> et 348<sup>a</sup> script. vacant. — 36. F. 348<sup>b</sup>—350<sup>a</sup>. (*Adnotationes de regulae s. Benedicti capp. 21—31.*) Inc.: „Sex sunt in decano requirenda.“ Expl.: „Pregustacione.“ — 37. F. 350<sup>b</sup>—352<sup>a</sup>. (*Excerptum ex Guilielmo Parisiensi.*) Inc.: „Non est possibile veram esse misericordiam.“ Expl.: „Est misericordia tua.“ — F. 352<sup>b</sup>—356<sup>a</sup> script. vacant. — 38. F. 356<sup>b</sup>. (*Excerptum de ratione humana.*) Inc.: „Nota bonum hominis est.“ Expl.: „Alie virtutes.“ — 39. F. 357<sup>a</sup>—364<sup>b</sup>. (*Tractatus de regula s. Benedicti.*) Inc.: „Regula sancti benedicti | omni homini proponitur imponitur autem nulli.“ Expl.: „Deinde peccatoribus.“

154.

(52. d. 5.)

Membr. s. XIV, f. 172, 8°, man. II, ligat. rec. chart. F. 1<sup>a</sup>: oratio germanice scripta. F. 3<sup>a</sup>: „Iste liber est monasterij sancti lamperti Loco illius libri reliquit pater noster eis vnam bonam ladulam cum duabus seris tempore visitacionis.“ Adligatum est confessionale Antonii de Butrio ed. 1486 s. l. et typ.

1. F. 1<sup>b</sup>—2<sup>b</sup> et 171<sup>a</sup>—172<sup>a</sup>. (*Registrum.*) — 2. F. 3<sup>a</sup>—170<sup>b</sup>. (*Summa septem donorum spiritus sancti.*) Inc.: „Qvo-



niam multi subtiliter et utiliter elaborauerunt.“ Expl.: „Primo in in munitate.“ Cf. cod. 51(3).

155.

(52. d. 6.)

Chart. ex s. XI vel in. s. XII, f. 103, 4<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 103<sup>a</sup>: „Wolff Schonlin“ (prior possessor?), f. 1<sup>a</sup>, 23<sup>b</sup>, 31<sup>b</sup>, 32<sup>a</sup>, 40<sup>b</sup>, 51<sup>b</sup>, 61<sup>b</sup>, 63<sup>a</sup>, 72<sup>a</sup> litterae initiales cum pulchris ornamentis, praeterea multae aliae litterae capitulares.

F. 1<sup>a</sup>—103<sup>b</sup>. (*Psalterium, cantica, hymnus Ambros., oratio dominica, symbolum Nicaen. et Athanas., litaniae.*) Ps. 26 et psalmi 26 vv. 1—6 desunt.

156.

(52. d. 7.)

Membr. s. XIV, f. 358, 4<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—202<sup>b</sup>. *R. Incipiunt sermones de dominicis per circulum anni fratris ch[unradi] de saxoniam de ordine fratrum minorum.* In aduentu domini sermo primus. Inc.: „EMitte manum tuam de alto. Ecce karissimi sicut navfragi in medio fluctuum.“ Expl.: „Quando nulli instabilitati subiecta erit. (R.) explicit chunradus.“ Cf. Fabr.-Mansi I 419. — 2. F. 202<sup>b</sup>—205<sup>a</sup>. *R. Incipit tabula super sermones de tempore.* In fine: „Explicit tabula fratris chunradi de saxoniam super sermones de tempore.“ — F. 205<sup>b</sup>—206<sup>b</sup> script. vacant. — 3. F. 207<sup>a</sup>—278<sup>b</sup>. *R. Incipit chunradinus de sanctis.* In festo sancti Andree apostoli sermo primus. Inc.: „Extendam palmas meas . . . Hoc uerbum Moysi (!) beatus andreas potuit dicere.“ Expl.: „Statim aperte sunt aures eius.“ — 4. F. 278<sup>b</sup>—280<sup>a</sup>. *R. Incipit tabula super sermones ch[unradi] de sanctis.* — 5. F. 280<sup>a</sup>—315<sup>a</sup>. *R. Incipit commune sanctorum Chunradini per repetitos sermones sanctorum.* Inc.: „[D]vo-decim fratres uno patre . . . Duodecim fratres sunt XII apostoli.“ Expl.: „Nobis ergo bene preesse concedat qui cum patre . . . Amen.“ Sermonibus exaratis „themata“ in usum praedicatorum adduntur. Sermones de sanctis iam f. 306<sup>b</sup> ita desinunt: „Sermonum septimus.“ F. 306<sup>b</sup>—315<sup>a</sup> sermones hi sequuntur: 1. *Sermones Tres ad religiosos.* Primus inc.:

„Omnia honeste . . . . Ad hoc karissimi nos deus uocauit.“  
 Tertius expl.: „Merito ergo hoc patimur.“ 2. *Sermo ad sacerdotes*. Inc.: „Tollat sacerdos . . . . Archa est ecclesia.“ Expl.: „Domus roboratur.“ 3. *Sermones duo ad prelatos*. Prior inc.: „Qvi maior est . . . . Saluator noster ihesus.“ Alter expl.: „Nobis ergo bene preesse concedat . . . . Amen.“ — 6. F. 315<sup>a</sup>—355<sup>a</sup>. R. *Incipit speculum (Conradi de Saxonia? Bonaventurae?) virginis gloriose Marie*. Inc.: „Qvoniā ut ait Jeronimus nulli dubium est.“ Expl.: „Qui cum patre . . . . Amen.“ — 7. F. 355<sup>a</sup>—356<sup>a</sup>. R. *Incipit tabula super speculum virginis gloriose*. De hoc opusculo, quod exstat inter opp. s. Bonaventurae ed. Venet. 1756, XIII 261 sqq., cf. Denis II 430. — 8. F. 356<sup>b</sup>—358<sup>b</sup>. R. *Incipit tabula super sermones fratris ch[unradi] per totam quadragesimam*. — 9. F. 358<sup>b</sup>. (*Oratio*.) *Bernhardus*. Inc.: „O bone ihesu quam dulcissimus lectus.“ Expl.: „Mortuum suscitare.“ — 10. F. 358<sup>b</sup>. (*Versus de casibus reservatis*.) R. De hiis non potest absolvere simplex sacerdos. Inc.: „Deditus usuris faciens incendia testis.“ Expl.: „Raptor presbytero nequit a simplice solui.“ — 11. F. 358<sup>b</sup>. (*Versus de die dominica*.) Inc.: „Salve festa dies qui uulnera nostra cohaeres.“ Expl.: „Latro dulce tamen cum christo suscipit Amen.“ Sequitur excerptum brevissimum ex s. Bernardo.

157.

(52. d. 8.)

Membr. s. XIV, f. 151, 8°, man. I, ligat. antiqua coriac., ante f. 89 unum exeisum, multae initiales, imagines: f. 25<sup>a</sup> annuntiatio B. M. V., f. 45<sup>a</sup> visitatio Elisabeth, f. 55<sup>a</sup> nativitas domini, f. 64<sup>a</sup> epiphania domini, f. 68<sup>a</sup> praesentatio B. M. V., f. 72<sup>a</sup> Joseph et Maria fugitivi, f. 83<sup>a</sup> Christus crucifixus, f. 104<sup>a</sup> Christus de cruce sublatus. Codex inter pulcherrimos bibliothecae numerandus, picturarum genere et more codd. 139, 140 simillimus.

1. F. 1<sup>a</sup>—12<sup>b</sup>. (*Calendarium*. Gallice.) — 2. F. 13<sup>a</sup>—17<sup>b</sup>. (*Quatuor epitomae evangeliorum*.) — 3. F. 18<sup>a</sup>—24<sup>b</sup>. R. [*Duae*] *oracio[nes] ad nostram dominam*. Inc.: „OBsecro te domina sancta Maria.“ Expl.: „Cum sanctis et electis suis uitam et gloriam sempiternam Amen.“ — 4. F. 25<sup>a</sup>—82<sup>b</sup>. (*Officium de b. Maria virgine*.) — 5. F. 83<sup>a</sup>—85<sup>b</sup>. (*Hymni*

*de passione domini ad horas canonicas cum orationibus.*)  
Hymnus ad horam matutinam inc.: „Natus sapiencia ueritas diuina.“ Expl.: „Sis michi solacium in mortis agone amen.“ — 6. F. 86<sup>a</sup>—89<sup>a</sup>. (*Hymni de s. spiritu ad horas canonicas cum orationibus.*) Inc.: „Nobis sancti spiritus gracia sit data.“ Expl.: „Et erubescant valde velociter.“ — 7. F. 89<sup>a</sup>—103<sup>b</sup>. (*Psalmi poenitentiales cum litanis.*) — 8. F. 104<sup>a</sup>—142<sup>a</sup>. (*Officium defunctorum.*) — 9. F. 142<sup>b</sup>—143<sup>b</sup>. (*Orationes de ss. Rocho Sebastiano Antonio.*) — 10. F. 144<sup>a</sup>—149<sup>a</sup>. (*Orationes ad b. Virginem. Gallice.*) Inc.: „Doulce dame de misericorde.“ Expl.: „Pardon et repos. Aue maria.“ — 11. F. 149<sup>a</sup>—151<sup>b</sup>. *R. Les VII. requestes.* Inc.: „Doulz dieux doulz pere sainte trinite.“ Expl.: „Que vray confes puisse mourir. Pater noster.“

158.

(52. d. 10.)

Membr. s. XV (1471), f. 418, 8<sup>o</sup>, man. II, ligat. antiqua lign. Cod. in monasterio Mellicensi scriptus est.

F. 1<sup>a</sup> script. vacat. — F. 1<sup>b</sup>—418<sup>b</sup>. (*Breviarium Mellicense.*) 1. F. 1<sup>b</sup>—3<sup>a</sup>. *R. Casus reseruati.* Inc.: „Primum omnes casus papales ad solum papam pertinent.“ *R. Casus Episcopales.* Inc.: „Peccatum clerici propter quod incurrisset irregularitatem.“ *R. Isti sunt Casus ad Papam pertinentes.* Inc.: „Primo de eo qui verberat clericum.“ *R. Excepciones de eo qui verberat clericum quod non oporteat absolui a papa.* Inc.: „Primo de illo in quocumque periculo vicino morti.“ *De percussione regularis.* Inc.: „Nota quod si excessus.“ — 2. F. 3<sup>b</sup>—4<sup>a</sup>. (*De significatione horarum canonicarum addita oratione.*) Inc.: „Patris sapiencia ueritas diuina.“ *Oratio expl.*: „Et tremendum iudicium tuum Qui uiuis . . . Amen.“ — F. 4<sup>b</sup> script. vacat. — 3. F. 5<sup>a</sup>—16<sup>a</sup>. (*Lectiones variae.*) *De conceptione B. M. V., de s. Mauro, de s. Antonio monacho, de ss. Fabiano et Sebastiano, de s. Gregorio papa, infra octavam s. Benedicti, infra octavam uisitationis B. M. V., de s. Leopoldo marchione Austriae.* — 4. F. 16<sup>a</sup>. (*Versus de initiis temporum anni ex computo ecclesiastico.*) Inc.: „Vult Crux lucie cinerum

carismata die.“ Expl.: „Lampert Gregori nox est adequata diei.“ Ed. Cracov. 1514. — 5. F. 16<sup>a</sup>. (*Versus de duratione anni.*) Inc.: „Sex sunt vsque puri | bis sex sunt usque philippi.“ Expl.: „Adde dies octo et sic complebitur annus.“ — 6. F. 16<sup>b</sup>. *R. Sequuntur metra cuiusdam monachi ad suum Abbatem antrorsum blandiencia sed retrorsum valde exprobrancia.*

„Laus tua non tua fraus virtus non copia rerum  
Scandere te fecit hoc decus eximium.  
Stabilis sit tua condicio nec tempore paruo  
Viuere te faciat hinc deus omnipotens.“

R. Legendo retrorsum intelliges monachum. — 7. F. 17<sup>a</sup> — 17<sup>b</sup>. (*Suffragia communia, inter quae suffragium de s. Gregorio, patrono ecclesiae b. Mariae virginis ad Scotos.*) — F. 18<sup>a</sup> script. vacat. — 8. F. 18<sup>b</sup>. (*Versus de b. Maria.*) Inc.: „Sanat . Languentes . Flos . Florum . Filia . Regis.“ Expl.: „Regis . Mater . Confer . Honorem . Nobis . Adesto.“ Sequitur sententia s. Bernardi in sermone super Cantica. — 9. F. 19<sup>a</sup>. *R. Tabula signorum lune.* — 10. F. 19<sup>a</sup> — 25<sup>a</sup>. (*Calendarium cum versibus ex computo ecclesiastico.*) — 11. F. 25<sup>b</sup> — 26<sup>b</sup>. (*Tabella festorum mobilium etc. ab anno 1471 usque ad annum 1570.*) — 12. F. 27<sup>a</sup> — 105<sup>a</sup>. (*Psalterium et cantica.*) — 13. F. 105<sup>a</sup> — 114<sup>b</sup>. (*Hymni.*) Hymni de visitatione B. M. V. et de s. Colomanno ed. apud Dreves IV 80 XIII 34. — 14. F. 115<sup>a</sup> — 120<sup>b</sup>. (*Rubricae.*) — 15. F. 120<sup>b</sup> — 122<sup>b</sup>. (*Officium defunctorum.*) — 16. F. 123<sup>a</sup> — 270<sup>a</sup>. (*Proprium de tempore.*) R. Incipit breuiarium secundum consuetudinem Mellicensem Monachorum Ordinis s. Benedicti. In fine: R. Benedictus dominus et gloriosa eius mater virgo Maria Amen Et sic est finis in Mellico 1471 ante oculi. — 17. F. 270<sup>a</sup> — 270<sup>b</sup>. (*Lectiones de ss. Ignatio Damaso Paulino.*) — 18. F. 271<sup>a</sup>. (*Absolutiones et benedictiones dicendae ante lectiones.*) — F. 271<sup>b</sup> script. vacat. — 19. F. 272<sup>a</sup> — 367<sup>a</sup>. *R. INcipit proprium Sanctorum (a s. Andrea usque ad s. Saturninum.)* — 20. F. 367<sup>b</sup> — 405<sup>a</sup>. (*Commune sanctorum.*) — 21. F. 405<sup>b</sup>. *R. Incipit Accessus Altaris sacerdotis.* — 22. F. 405<sup>b</sup> — 408<sup>a</sup>. *R. Modus professionis faciende (valens pro*

monasterio Mellicensi). Formula professionis haec est: „Ego fr. N. de N. . . . promitto stabilitatem et conuersionem morum ac obedienciam secundum regulam eiusdem sancti benedicti . . . . Ad nomina sanctorum Apostolorum petri et pauli et beati Colomanni martiris . . . . In presencia . . . . N. abbatis huius monasterii Mellicensis . . . . Anno ab incarnatione domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo vicesima prima die Mensis Marcy que fuit dies Sancti Benedicti Abbatis.“ In fine: „Et iste est modus professionis fiende 1471.“ — 23. F. 408<sup>a</sup>—408<sup>b</sup>. *R. Ordo ad Communicandum Infirmum.* — 24. F. 408<sup>b</sup>—409<sup>b</sup>. *R. Ordo ad vngendum Infirmum.* — 25. F. 409<sup>b</sup>—413<sup>a</sup>. *R. Ordo commendacionis Anime.* — 26. F. 413<sup>a</sup>—415<sup>b</sup>. (*Benedictiones variae:*) In dormitorio, in domo infirmorum, in coquina, in refectorio, benedictio paschalis, volatiliū, agni et animalium ceterorum, casei, ovorum, panis, lactis, vini, benedictio generalis, salis et aquae. — 27. F. 415<sup>b</sup>—416<sup>a</sup>. (*Ritus pedum lavandorum in die coenae domini.*) — 28. F. 416<sup>b</sup>—416<sup>b</sup>. *R. Sequitur de mandato fratrum in die cene.* — 29. F. 416<sup>b</sup>—417<sup>a</sup>. *R. Incipit ordo ad benedicendum mensam per totum annum.* — 30. F. 417<sup>a</sup>—418<sup>a</sup>. (*Benedictiones variae:*) Pro hebdomadario coquinae, pro iter agentibus et redeuntibus, ad lavationem pedum hospitiū, in exitu et reditu peregrinorum. — 31. F. 418<sup>b</sup>. (*Laudes b. Mariae virginis.*) Inc.: „Natalis est hodie.“ Expl.: „Et acu puncta.“

159.

(52. d. 11.)

Membr. s. XV, f. 372, 8<sup>o</sup>, man. I, ligat. rec. coriac., f. a cap. a: „Trauner cath.“ (prior possess.), f. a cap. b: „Comparavit RR. Perillustrissimus ac Amplissimus D. D. Sigismundus Abbas anno Dom. 1832.“ Litterae initiales rubrae et caeruleae, exceptis f. 6<sup>a</sup>, 17<sup>a</sup>, 36<sup>a</sup>, 52<sup>b</sup>, 240<sup>a</sup>, 251<sup>b</sup>, 296<sup>a</sup>, ubi litterae capitulares auro et coloribus obductae sunt. Praeterea litterae initiales in f. 17<sup>a</sup> et 240<sup>b</sup> imagines Christi et b. Virginis praebent. F. 121<sup>b</sup> imago Christi et b. Virginis pulcherrima.

F. 1<sup>a</sup>—369<sup>a</sup>. (*Orationale Salisburgense.*) 1. F. 1<sup>a</sup>—2<sup>a</sup>. *R. Inicium Sancti euangely Secundum Johannem.* — F. 2<sup>b</sup>—5<sup>b</sup> script. vacant. — 2. F. 6<sup>a</sup>—11<sup>a</sup>. *R. Ex soliloquys S. Augustini.* Inc.: „Symma maiestas domine sancte pater.“ Expl.:

„Hee contraria conuenire.“ — 3. F. 11<sup>a</sup>—15<sup>b</sup>. *R. De miseria et fragilitate hominis.* Inc.: „Miser ego quando poterit.“ Expl.: „In uoce exultacionis et confessionis.“ — F. 16 script. vacat. — 4. F. 17<sup>a</sup>—35<sup>b</sup>. (*Orationes ad Jesum.*) Inc.: „O Amande colende metuende deus.“ Expl.: „Per suam gratiam efficiat Qui cum eis . . . . Amen.“ — 5. F. 36<sup>a</sup>—74<sup>b</sup>. (*Orationes s. Augustini.*) Prima inc.: „O Rex glorie domine virtutum.“ Ultima expl.: „Cum perditii essemus Qui uiuis.“ — 6. F. 74<sup>b</sup>—79<sup>b</sup>. *R. Oracio Sancti Gregory.* Inc.: „Domine deus omnipotens qui es trinus.“ Expl.: „Meus defensor qui es . . . . Amen.“ — 7. F. 79<sup>b</sup>—83<sup>a</sup>. *R. Oracio Sancti Gregory.* Inc.: „SVccurre michi.“ Expl.: „Semper et vbique per infinita secula seculorum Amen.“ — 8. F. 83<sup>a</sup>—90<sup>b</sup>. (*Variae orationes.*) Inc.: „Deus misericordissime.“ Expl.: „Redemptor meus in secula seculorum Amen.“ — F. 91—95 script. vacant. — 9. F. 96<sup>a</sup>—116<sup>b</sup>. *R. Has duas sequentes oraciones beatissimus pater Sanctus Jeronymus compilauit et in agone mortis coram fratribus suis Et coram venerabili sacramento eucaristie eas cum magna deuocione orauit.* Inc.: „Pie ihesu uirtus mea.“ Expl.: „In longitudinem dierum in seculum seculi Amen.“ — F. 117<sup>a</sup>—121<sup>a</sup> script. vacant. — F. 121<sup>b</sup> imago Christi et B. M. V. — 10. F. 122<sup>a</sup>—127<sup>a</sup>. *R. Pulchra oracio beati Anselmi . . . .* Inc.: „INUoco te domine.“ Expl.: „Superlaudabiles in secula seculorum Amen.“ Ed. inter opp. s. Anselmi ed. Maur. 1675, 245 sqq. Ante f. 124 pars haud exigua desideratur; finis orationis ab editione discedit. — F. 127<sup>b</sup> script. vacat. — 11. F. 128<sup>a</sup>—138<sup>b</sup>. *R. Oraciones Pulchre de passione domini.* Inc.: „ADoramus te christe.“ Expl.: „Leticia uultus tui per infinita secula seculorum amen.“ — 12. F. 138<sup>b</sup>—145<sup>a</sup>. *R. Alia Oracio sancti Bernhardi de passione domini.* Inc.: „Domine ihesu christe filius marie.“ — Expl.: „Secretorum diuinorum tuorum Qui cum deo . . . . Amen.“ — 13. F. 145<sup>b</sup>—153<sup>b</sup>. *R. Deuotissima[e] Oracio[nes] de passione domini.* Inc.: „ORigo omnium bonorum.“ Expl.: „Vita et salus mea. Qui uiuis . . . . Amen.“ — 14. F. 153<sup>b</sup>—163<sup>b</sup>. *R. Deuotissima oracio beati Bernhardi (falso!) ad adorandum ymaginem crucifixi quam ipse sanctus pater Berenhardus composuit quando*

*ymago saluatoris solutis brachys de cruce amplexata est eum et ista sequens oratio scilicet Salve mundi salutare dicitur planctus crucifixi.* Inc.: „Salve mundi salutare | salve ihesu salve care.“ Expl.: „In cruce salutifera Amen.“ Sequitur oratio: „Respice domine quaesumus super hanc familiam . . .“ In ed. Maur. 1719, II 916 sqq. ordo stropharum ab hoc diversus; nonnullae plane desunt. — 15. F. 164<sup>a</sup>—170<sup>a</sup>. *R. Oratio Sancti Bernhardi de passione domini.* Inc.: „O Dilecte mi domine.“ Expl.: „Atque salientis in uitam eternam Amen.“ — 16. F. 170<sup>a</sup>—176<sup>a</sup>. *R. Contemplacio et oracio s. Bernhardi de passione domini.* Inc.: „Domine ihesu christe fili dei viui.“ Expl.: „Sed ut tecum possim viuere in eternum.“ — 17. F. 176<sup>a</sup>—185<sup>b</sup>. *R. Passio domini nostri ihesu christi Secundum Johannem.* — 18. F. 185<sup>b</sup>—222<sup>b</sup>. (*Orationes de passione domini, orationes infra ante post missam.*) Inc.: „Domine ihesu christe verus deus de deo vero.“ Expl.: „Terminare faciant per dominum nostrum ihesum christum.“ — 19. F. 223<sup>b</sup>—233<sup>a</sup>. *R. Oracio sancti Ambrosy que est dicenda ante Missam.* Inc.: „SVmme sacerdos.“ Expl.: „Te miserante et donante Qui cum deo . . . Amen.“ — 20. F. 233<sup>a</sup>—236<sup>b</sup>. (*Hymnus de passione.*) Inc.: „CVlter qui circumcidisti | sacrosanctam carnem Christi.“ Expl.: „Nos hic saluet ut futura | perfruamur gloria.“ — 21. F. 236<sup>b</sup>—239<sup>b</sup>. (*Hymnus de quinque vulneribus.*) Inc.: „AVe nate dei uiui de quo quini fluunt rivi.“ Expl.: „Vt hostis temptacio | falsa comminacio | cesset sine mora. Tuam crucem adoramus . . .“ Sequitur oratio. Ed. apud Dreves XV 17. — 22. F. 240<sup>a</sup>—268<sup>a</sup>. (*Orationes de b. Virgine.*) Inc.: „O Sancta sanctorum et omnium angelorum.“ Expl.: „Nominis filii tui domini nostri . . .“ — 23. F. 268<sup>a</sup>—271<sup>b</sup>. *R. Oracio deuota Sancti Augustini de b. virgine Maria.* Inc.: „Ad sanctitatis tue pedes.“ Expl.: „Pia virgo Maria Amen.“ — 24. F. 271<sup>b</sup>—281<sup>b</sup>. *Orationes tres de compassione (B. M. V.).* Inc.: „Stabat iuxta crucem ihesu.“ Expl.: „O regina sancta Maria.“ — 25. F. 281<sup>b</sup>—283<sup>a</sup>. *R. Oracio Sancti Augustini de compassione beate virginis Marie.* Inc.: „Memento obsecro.“ Expl.: „Pedibus conclauatis | dominus noster . . . Amen.“ — 26. F. 283<sup>a</sup>—290<sup>a</sup>. *R. Sequuntur*

*gaudia | beatissime virginis Marie.* Inc.: „Gaude gloriosa dei genitrix.“ Expl.: „Et leuamen.“ — 27. F. 290<sup>a</sup>—295<sup>b</sup>. *R. Sequuntur nunc pulcherrime antiphone de veneracione gloriosissime virginis Marie genitricis.* Inc.: „Hec est dies.“ Expl.: „Coronari Per eundem . . .“ — 28. F. 296<sup>a</sup>—342<sup>b</sup>. (*Orationes variae:*) Ad proprium angelum, ad omnes angelos, de s. Sebastiano, de s. Christophoro (ed. apud Dreves XV 169), „de sanctis nostris patronis Ruduerto Virgilio et ceteris sanctis patronis“, de s. Wolfgango, de s. Maria Magdalena, de s. Catharina, de s. Barbara, de s. Dorothea (ed. l. c. XV 172), de s. Margaretha, de s. Ertrude (ed. l. c. XV 176). Inc.: „Omnes sancti angeli.“ Expl.: „Uitam ingredi mereamur sempiternam amen.“ — 29. F. 342<sup>b</sup>—345<sup>a</sup>. *R. Oracio S. Augustini de omnibus Sanctis.* Inc.: „FELices omnes sancti.“ Expl.: „Omnia in omnibus cui honor . . . Amen.“ — 30. F. 345<sup>a</sup>—349<sup>a</sup>. *R. De animabus Oracio beati Augustini.* Inc.: „Deus cui omnia viuunt.“ Expl.: „Gaudia repromissa.“ — 31. F. 349<sup>a</sup>—350<sup>a</sup>. *R. Alia oracio de animabus.* Inc.: „AVete fideles.“ Expl.: „Per temetipsum Qui cum patre . . . Amen.“ — 32. F. 350<sup>a</sup>—355<sup>a</sup>. (*Orationes variae:*) Pro peccatis, in tribulationibus, de pace, in persecutione adversariorum aut in iudicio inimicorum. Inc.: „Media uita in morte sumus quem querimus adiutorem.“ Expl.: „Veni cum pace amen.“ — 33. F. 355<sup>a</sup>—358<sup>a</sup>. *R. Oracio de octo uersibus sancti Bernhardi quos reuelauit sibi malignus spiritus.* Inc.: „O Bone ihesu omnipotens splendor eterne lucis.“ Expl.: „Que in te est Qui uiuis . . . Amen.“ — F. 358<sup>b</sup>—359<sup>b</sup> script. vacant. — 34. F. 360<sup>a</sup>—364<sup>b</sup>. (*Contemplationes de passione domini.*) Inc.: „PRimo contemplare.“ Expl.: „Misericordissime bonitati.“ — 35. F. 364<sup>b</sup>—369<sup>a</sup>. *R. Sic dicas ad deum in omni re desiderabili.* Inc.: „Domine si tibi placitum fuerit.“ Expl.: „Dormiam et requiescam.“ — F. 369<sup>b</sup>—372<sup>b</sup> script. vacant.

160.

(52. d. 12.)

Membr. s. XIV, f. 210, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup>: „Ex libris P. Jo[annis] Walterfinger (abb. monast. Scot. 1629—1641). Hunc librum in sui memoriam dono dedit R. D. P. Joanni Walterfinger ordinis



S. Benedicti Fr. Quirinus alias Joannes Henricus Ainkirn de Bittnbach  
Conventualis inferioris Altahae.“

1. F. 1<sup>b</sup>—3<sup>b</sup>. (*Enumerantur capita operis sequentis.*) —  
F. 4 script. vacat. — 2. F. 5<sup>a</sup>—210<sup>b</sup>. R. *Incipit veritas theoloye* (= *Compendium veritatis theologicae Hugonis Argentiniensis*). Inc.: „Veritas theologice sublimitatis cum superni sit splendoris radius.“ Expl.: „Recipiet sine fine Amen.“ Opus, quod olim ita in pretio fuit, ut ab aliis Alberto Magno vel Bonaventurae, ab aliis Thomae Dorniberg vel Joanni Rigaldi vel Aegidio de Columna, ab aliis Thomae de Aquino attribueretur, in septem libros dividitur: 1. F. 5<sup>a</sup>—30<sup>b</sup>. De natura deitatis. 2. F. 30<sup>b</sup>—87<sup>b</sup>. De rerum creatione. 3. F. 87<sup>b</sup>—110<sup>a</sup>. De peccati corruptela. 4. F. 110<sup>a</sup>—133<sup>a</sup>. De incarnatione Christi. 5. F. 133<sup>a</sup>—166<sup>b</sup>. De gratia spiritus sancti. 6. F. 166<sup>b</sup>—193<sup>b</sup>. De medicina spirituali. 7. F. 193<sup>b</sup>—210<sup>b</sup>. De fine mundi. Auctor O. P. versus finem s. XIII floruit. Cf. Quetif-Echard I 470; Fabr.-Mansi III 288; Cruel 455; Denis I 1249 sq., 2691. Opus exstat inter opp. s. Bonaventurae, Venet. 1755, VII 1 sqq. De aliis editionibus cf. Hain I 1 p. 46 sq. n. 432—446 et Panzer X 261.

161.

(52. d. 13.)

Membr. s. XIII, f. 350, 4<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. 14<sup>a</sup>, 64<sup>a</sup>, 348<sup>a</sup> litterae initiales.

F. 1<sup>a</sup>—350<sup>b</sup>. (*Breviarium monasticum dioecesis cuiusdam Bohemiae.*) 1. F. 1<sup>a</sup>. (*Epitome evangelii de visitatione Mariae.*) — 2. F. 1<sup>b</sup>—2<sup>a</sup>. (*Additamenta recentioris manus.*) — 3. F. 2<sup>b</sup>—3<sup>a</sup>. R. *Benedicchio Amoris Johannis Evangeliste.* — 4. F. 3<sup>b</sup>. (*Registrum lectionum.*) — 5. F. 4<sup>a</sup>—9<sup>b</sup>. (*Calendarium.*) — 6. F. 10<sup>a</sup>—12<sup>b</sup>. (*Orationes breviarum.*) — 7. F. 13<sup>a</sup>—13<sup>b</sup>. (*Exorcismus.*) — 8. F. 14<sup>a</sup>—60<sup>b</sup>. (*Psalterium.*) — 9. F. 61<sup>a</sup>—63<sup>b</sup>. (*Officium de dedicatione ecclesiae.*) — 10. F. 64<sup>a</sup>—211<sup>a</sup>. (*Proprium de tempore.*) — 11. F. 211<sup>a</sup>—294<sup>b</sup>. (*Proprium sanctorum.*) — 12. F. 294<sup>b</sup>—312<sup>a</sup>. (*Commune sanctorum.*) — 13. F. 312<sup>a</sup>—322<sup>b</sup>. (*Hymni.*) — 14. F. 422<sup>b</sup>—333<sup>b</sup>. (*Lectiones feriales.*) — 15. F. 334<sup>a</sup>—347<sup>b</sup>. (*Officia varia:*)

De corpore Christi, de vndecim millibus virginum, de uno martyre non confessore, de uno confessore non pontifice, de s. Catharina, de s. Ursula.) — 16. F. 348<sup>a</sup>—350<sup>b</sup>. *R. Oracio ante Missam dicenda edita a beato Ambrosio Mediolanensi archiepiscopo bona.* Inc.: „SVmme sacerdos et uere pontifex.“ Expl.: „In eternum Amen.“

**162.** (52. d. 15.)

Membr. s. XV, f. 28, 8°, man. I, sine ligatura, f. 28<sup>b</sup>: „Theresia Joseph und Moricz Stein von Nordenstein (piores poss.) 1838 den 29. October.“

F. 1<sup>a</sup>—27<sup>b</sup>. Inc.: „Egressus est Jesus . . . . Sicut vos scitis mos est predicatoris.“ Expl.: „Portaverunt eam quasi mortuam in celum. Finis. *Explicit passio domini nostri Jesu christi. Amen.*“ (Manu alia:) „Diess ist das Ende. 1489. d. 3 Januar.“ — F. 28 script. vacat.

**163.** (52. e. 1.)

Chart. s. XV, f. 337, 2°, man. I (autogr.?), ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—336<sup>b</sup>. (*Lectura magistri Joannis Polczmacher in librum V decretalium.*) Inc.: „[Q]vintum librum decretalium quo de criminibus | et ipsorum penis tractatur.“ Expl.: „In celesti patria augeat sancta Trinitas vnus deus in secula benedictus Amen.“ — 2. F. 337<sup>a</sup>—337<sup>b</sup>. (*Additamentum operis praecedentis.*) — F. 154<sup>b</sup>, 175<sup>b</sup>—176<sup>b</sup>, 268<sup>b</sup> script. vacant. De auctore cf. quae dicta sunt ad cod. 1; huius codicis mentionem facit Schulte, Die Rechtshandschr., n. 94.

**164.** (52. e. 2.)

Chart. s. XV, f. 258, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum.

1. F. 1<sup>a</sup>—140<sup>a</sup>. (Inscriptio indicis:) *Questiones Tercii libri sententiarum collecte de diuersis (Nicolai de Dünkelspühel).* Inc.: „VTrum propter humanum genus . . . . Et arguitur primo quod non dei filius.“ Expl.: „Ex dictis patet solucio obiectorum.“ Cf. cod. 170. — 2. F. 140<sup>b</sup>—144<sup>b</sup>

(*Additiones ad praedictum opus.*) — 3. F. 145<sup>a</sup>—257<sup>b</sup>. Inc.: „VOcavit autem dominus . . . . Juxta sententiam Rabbani.“ Expl.: „Seorsim conscripta requirantur. (R.) *Explicit lectura leuitici M[agistri] Thome de hamelberk textualis.*“ De auctore nihil inveniri potuit. — F. 258 script. vacat.

165. (52. e. 3.)

Chart. s. XV, f. 274, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1<sup>a</sup> littera initialis adglutinata.

F. 1<sup>a</sup>—274<sup>b</sup>. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Prima pars super quarto sententiarum magistri urbani.* Inc.: „Samaritanus enim vulntrato approprians . . . . His verbis utitur magister tractaturus de sacramentis.“ Expl.: „Et non aliam.“ Opusculum Urbano de Mellico adscribendum videtur; qui annis 1427 et 1435 rector fuit universitatis Viennensis, 1436 canonicus ad s. Stephanum obiit. Eundem in libros sententiarum commentarios scripsisse Aschbach 446 refert.

166. (52. e. 4.)

Chart. s. XV, f. 343, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign., in fine manc.

F. 1<sup>a</sup>—343<sup>b</sup>. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Super secunda sententiarum.* Inc.: „Circa 2<sup>um</sup> librum Sententiarum Et primam eius distincionem.“ Expl.: „Talia fuissent . . . .“ Finis deest.

167. (52. e. 5.)

Chart. s. XV (1448), f. 314, 2<sup>o</sup>, man. IV, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—139<sup>b</sup>. (*Lectura in tertium librum sententiarum.*) Inc.: „CVm venit igitur plenitudo temporis Iste est liber tercius sententiarum | in quo postquam.“ Expl.: „Graciarum accio ac honor et gloria per infinita secula Amen die dominica proxima Ante festum Marie Magdalene Anno 48.“ — F. 140 script. vacat. — 2. F. 141<sup>a</sup>—314<sup>a</sup>. (*Lectura in quartum librum sententiarum.*) Prohemium in 4<sup>um</sup> sententiarum. Inc.: „Vngentarius faciet . . . . In quo diligencius considerato.“

Opus inc.: „Samaritanus enim wulnerato approprians | hic est quartus liber sententiarum hic ad precedentes.“ Expl.: „Qui est via | nos perducatur | cui est . . . Amen. Deo gracias. (R.) 1448.“ — F. 314<sup>b</sup> script. vacat.

168. (52. e. 6.)

Chart. s. XV, f. 305, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—285<sup>b</sup>. *Prima pars questionum Magistri Nicolai de dinkelspügl super 4<sup>um</sup> sententiarum usque ad dist. 18. inclusive.* Prologus inc.: „In nomine . . . Cum desiderarem vestris caritatibus in aliquo deservire.“ Opus inc.: „In prima distincione magister tractat.“ Expl.: „Secundum hoc prompte operari.“ De libro quaestionum, qui discernendus est a commentariis eiusdem auctoris in IV libros sententiarum, cf. Aschbach 437 et Kropf 171. — F. 286—288 script. vacant. — 2. F. 289<sup>a</sup>—305<sup>a</sup>. (*Registrum.*) — F. 305<sup>b</sup> script. vacat.

169. (52. e. 7.)

Chart. s. XV, f. 255, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign.

F. 1<sup>a</sup>—243<sup>a</sup>. (*Secunda pars quaestionum magistri Nicolai de Dinkelspühel in quartum librum sententiarum.*) Inc.: „Postquam ostensum est que sint claves apostolice.“ Dist. 50 expl.: „Nos apparebimus cum christo in gloria Ad quam nos . . . Amen.“ Ordo distinctionum: 19—26, 38, 43—50, 26—27, 29—41. — F. 243<sup>b</sup>—244<sup>b</sup> script. vacant. — 2. F. 245<sup>a</sup>—255<sup>a</sup>. *R. Registrum secunde partis questionum quarti.* — F. 255<sup>b</sup> script. vacat.

170. (52. e. 8.)

Chart. s. XV, f. 311, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. hebr. Ante fol. 157 folia 12, in fine nonnulla exsecta.

F. 1<sup>a</sup>—311<sup>b</sup>. *Questiones super tercio et quarto sententiarum magistri Nicolai de dinkelspühel.* Quaestiones in librum III inc.: „Vtrum propter humanum genus . . . Et arguitur primo quod non dei filius.“ F. 153<sup>b</sup> expl.: „Pro pace et vti-

litate communitatis.“ Cf. cod. 164. Quaestiones in librum IV inc.: „Vtrum pro omni hominum statu . . . . Et arguitur quod non quia non legimus de aliquo sacramento.“ Dist. 45 expl.: „Nolumus vos igitur . . . .“ Finis deest. A cod. 168 in multis dissentit.

171.

(52. e. 9.)

Chart. s. XV (1462—1463), f. 420, 2<sup>o</sup>, man. III, ligat. antiqua lign.

1. F. 1<sup>a</sup>—187<sup>b</sup>. (*Quaestiones in libros sententiarum.*)

Inc.: „Circa distincionem primam inquiritur | utrum in temporis inicio.“ Expl.: „A quibus penis nos custodire dignetur . . . . Amen. Et finita in baydhafen . . . . Anno 63.“ F. 48<sup>b</sup> legitur: „14LXII In octaua die beati Augustini Episcopi ast confessoris finita sunt hec.“ Et aliquantulo inferius: „Hunc 2<sup>um</sup> librum finiui in Baydhofenn | Anno quo supra.“ — F. 82—84, 165<sup>a</sup>, 188—192 script. vacant. — 2. F. 193<sup>a</sup>—310<sup>a</sup>.

*R. Summa colleccionum.* Inc.: „Cvm colleccionis huius que potest dici summa colleccionum.“ Expl.: „Gracia illuminante studeat adinuenire. Explicit liber qui summa collectionum intitulatur editus per fratrem Johannem de Walennse ordinis fratrum minorum.“ — F. 310<sup>b</sup>—313<sup>b</sup> script. vacant. —

3. F. 314<sup>a</sup>—419<sup>a</sup>. *R. Incipit Sophilogium cuius finis est amare scienciam et virtutes.* Inc.: „Illustrissimi principis regis et francorum . . . . Dicit Aristotiles ethic. quod homo.“ Expl.: „Scilicet nube Et loquitur vidue. (R.) Explicit Sophilogium editum a fratre iacobo magni de parisiis ordinis heremitarum sancti Augustini scriptum padue.“ Cf. cod. 30(5). — 4. F. 419<sup>a</sup>—420<sup>a</sup>. (*Registrum operis praecedentis.*) — F. 420<sup>b</sup> script. vacat.

172.

(52. e. 10.)

Chart. et membr. s. XV, f. 435, 2<sup>o</sup>, man. I, ligat. antiqua lign., versus finem nonnullae litterae initiales pictae, tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg.

F. 1<sup>a</sup>—435<sup>b</sup>. (Titulus in f. 21<sup>a</sup> legitur:) *Incipit Summa de casibus siue declaracio iuris canonici ad honorem dei com-*

*pilata per fratrem astexanum de ordine fratrum minorum.*  
1. F. 1<sup>a</sup>. (*Praefatio.*) Inc.: „Cupiens ego frater astexanus compilerator huius summe.“ Expl.: „In quo tytulo vel articulo deberent requiri.“ — 2. F. 1<sup>a</sup>—18<sup>b</sup>. *R. Incipit tabula registri.*  
— 3. F. 19<sup>a</sup>—21<sup>a</sup>. Inc.: „Dignus es domine . . . . Hic est liber scriptus intus et foris.“ Expl.: „Iustus meus ex fide viuit. *Explicit tractatulus de summa trinitate et fide katholica.*“ — 4. F. 21<sup>a</sup>—21<sup>b</sup>. *Premittitur littera eiusdem fratris ad dominum Johannem gaietanum s. theodori dyaconem (!) cardinalem et postea subiungitur immediate littera eiusdem domini quam quando recepit summam misit ad supradictum fratrem.* Inc.: „Reuerendo . . . . Cum iam elapso multo tempore.“ Expl.: „Pro uobis gratum possimus offerentes.“ — 5. F. 21<sup>a</sup>—23<sup>b</sup>. (*Alia praefatio.*) Inc.: „BOonorum laborum . . . . Nullus autem labor est.“ Expl.: „Vbi est signatum in exemplari.“ F. 24<sup>a</sup> particula eiusdem prooemii iterum legitur. — 6. F. 23<sup>b</sup> et 24<sup>a</sup>—24<sup>b</sup>. *R. Tabula titulorum libri primi.* Etiam tabula his scripta est. — 7. F. 24<sup>b</sup>—435<sup>b</sup>. Opus inc.: „Dicturi ergo in hoc libro primo de decem preceptis.“ Expl.: „In sua necessitate cum devocione recurrit.“ Secundo quoque et tertio libro tabula capitum praecedit. Astexanus ex Asta ordinis minorum ca. a. 1330 obiit. Cf. Jöcher I 601. Editiones vide apud Fabr.-Mansi I 45 et Hain I 1 p. 234 sqq. n. 1888—1897.

173.

(52. e. 11.)

Membr. s. XV (1444), f. 14, 2°, man. I, ligat. recens coriac. Codex pulcherrime pictus et exaratus. Comparavit Sigismundus abbas (1832—1861).

F. 1<sup>b</sup>—14<sup>a</sup>. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Vita S. P. Benedicti (101) imaginibus depicta.* F. 1<sup>b</sup> imago b. Virginis infantem divinum portantis cum monachis benedictinis; in fascia e manu infantis dependente inscriptio haec: „Jesu verbum summi patris salua seruos tue matris salua reos.“ In infimo margine legitur: 1444. In foliis sequentibus quaevis pagina quatuor habet imagines, quarum singulis suprascripti versus bini.

Inc: „Hic ablactatus puer est ad dogma vocatus.  
Ut sibi vita pia crescat morumque sophya.“

Expl: „Femina vexatur et circumquaque vagatur.  
Que subit antra viri meruitque salute[m].“

174.

(52. f. 23.)

Chart. s. XV (1463), f. 292, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. serm. s. XIV. Cod. in monasterio Scotensi scriptus esse videtur. Cf. f. 200<sup>b</sup>.

1. F. 1<sup>a</sup>—3<sup>b</sup>. *Hec sunt scripta de choro et ecclesia pataviensi.* Inc.: „Hy sunt de quibus se dominus non intro-mittit. INcendarios ecclesiarum et religiosorum locorum.“ Expl.: „Qui huc pro indulgencia conuenerint Hec sunt scripta de choro et ecclesia pataviensi Anno dom. M° CCCC° LXIII° In die sanctorum kyliani et sociorum eius quando vngari obtinuerunt victoriam contra thurecos.“ Agitur de casibus excommunicationis. — 2. F. 3<sup>b</sup>—7<sup>b</sup>. *Sequitur ex itinerario confessionis fratris bertholdi.* Inc.: „Notandum Vnde nunc tercio querendum est de vsu clauium.“ Expl.: „Cum distincione supra dicta.“ — 3. F. 8<sup>a</sup>—12<sup>b</sup>. (*De variis peccatis, de distinctione poenitentium, de qualitate poenitentiae iniungendae.*) Inc.: „Nota quod sit carrina De homicidio. FEcisti homicidium voluntarie.“ Expl.: „Amplius noli peccare.“ — 4. F. 13<sup>a</sup>—24<sup>b</sup>. (*De excommunicatione.*) Inc.: „Notandum Quod excommunicacio non est aliud nisi separacio.“ Expl.: „Non potest absolui.“ — 5. F. 25<sup>a</sup>—83<sup>a</sup>. Inc.: „Quero quid sit irregularitas Dic quod irregularitas est nota seu impedimentum.“ Expl.: „Expeditam hanc materiam irregularitatis. *Expliciunt excerpta quedam de quodam tractatu de homicidio cum materia irregularitatis.* Questiones Mercurii accurtate sed hic magis accurtate quia non singula hic allegata scripta sunt propter tedium scriptoris et legencium non intelligencium quia iura raro leguntur a religiosis cum tamen michi copia habentur libri deo dante in hoc monasterio qui ante tempora fuissent valde acceptabiles. Anno dom. M°CCCCLX tempore friderici imperatoris quando missus fuit legatus a sede apostolica quidam archiepiscopus nomine pessarion grecus bar-

batus ad predicandam crucem christi contra turcos ex parte grecorum det dominus deus bonum finem huic passagij (!) scripta infra octauam corporis christi in tribulacionibus et augustijs huius patrie.“ — 6. F. 83<sup>b</sup>—84<sup>a</sup>. (*De absolutione voti.*) Inc.: „Nota Prosdo[cimus] super 2<sup>o</sup> decr. in parte 2<sup>a</sup> 21. Quid supra. Non valent littere supra voti absolucionē.“ Expl.: „Contra ius.“ — F. 84<sup>b</sup> script. vacat. — 7. F. 85<sup>a</sup>. (*De effectibus excommunicationis.*) Inc.: „Effectus autem maioris excommunicationis.“ Expl.: „Ibidem notatur.“ — 8. F. 85<sup>b</sup>—156<sup>b</sup>. (*Varia de peccatis luxuriae, de homicidio, de peccatis, quae inducunt irregularitatem, de irregularitate, de excommunicatione.*) Inc.: „Dubitatur circa hoc quomodo deliquerit aliquis per visum.“ Expl.: „Qui terra sumus.“ Sequitur adnotatio brevis de diversitate sodomitarum. — 9. F. 157<sup>a</sup>—158<sup>a</sup>. (*Sermo de die palmarum.*) Inc.: „Cum appropinquasset ihesus iersolymis . . . Solent reges bellum.“ Expl.: „Eum esse christum.“ — 10. F. 158<sup>a</sup>—162<sup>b</sup>. *R. Ex sermone magistri Jordani (de Quedlinborg?) de die palmarum.* Inc.: „Deinde ostendit ad quod eos miserit.“ Expl.: „Turbatus est et fleuit.“ — 11. F. 163<sup>a</sup>. *Remedium contra morbum pestilenticum M[agistri] michaelis schrik.* Inc.: „Primo pestilenticus debet minuere sanguinem.“ Expl.: „Cum Zukario.“ Sequitur adnotatio brevissima de vanitate et vilitate hominis. — 12. F. 163<sup>b</sup>—168<sup>a</sup>. (*Epistola Leonis Magni ad Petrum eremitam.*) Inc.: „Leo papa . . . Fili karissime pie certamine intencionem tue mentis.“ Expl.: „Subuersa est in monumento.“ — 13. F. 168<sup>b</sup>. (*Adnotatio ex jure canonico de peccatis luxuriae regularium.*) Inc.: „Quod sicut monache violator.“ Expl.: „Arceatur officio.“ — 14. F. 169<sup>a</sup>—172<sup>a</sup>. (*Sermo de incarnatione Christi.*) Inc.: „Dominus noster ihesus christus fratres karissimi.“ Expl.: „Gaudeat sublimitas angelorum.“ In marginibus excerpta ex Augustino et Bonaventura leguntur. — 15. F. 172<sup>a</sup>—176<sup>a</sup>. (*Sermo super illud: Cum esset desponsata.* Inc.: „Que fuit necessitas.“ Expl.: „Transfudit et gratiam.“ — 16. F. 176<sup>a</sup>—178<sup>b</sup>. (*Sermo de adoratione pastorum.*) Inc.: „Nato in bethleem domino saluatore.“ Expl.: „Ipsum deum ac dominum nostrum ihesum



christum qui . . . Amen.“ — 17. F. 178<sup>b</sup>—180<sup>b</sup>. (*Sermo de nativitate Christi.*) Inc.: „Quid est quod nascituro domino.“ Expl.: „Factus est deus homo.“ — 18. F. 181<sup>a</sup>—183<sup>a</sup>. (*Sermo super illud:*) *Cum factus esset ihesus annorum duodecim.* Inc.: „Aperta est nobis fratres karissimi.“ Expl.: „Creatorem calumpniantur.“ — 19. F. 183<sup>a</sup>—187<sup>a</sup>. *Omelia Bede (?) presbiteri.* Inc.: „Veniens in carne dei filius.“ Expl.: „Ambulemus prestante domino nostro qui . . . Amen.“ — 20. F. 187<sup>a</sup>—192<sup>b</sup>. (*Sermo super illud:*) *Cum natus esset ihesus.* Inc.: „Sicut ex lectione ewangelica.“ Expl.: „Mereamur esse consortes.“ — 21. F. 193<sup>a</sup>—194<sup>b</sup>. *Nota Exemplum christi in locione pedum.* Inc.: „Super omnia exempla est christi exemplum.“ Expl.: „Ipsius humilitatis affectus.“ — 22. F. 194<sup>b</sup>—196<sup>a</sup>. *De intencione habenda in missis celebrandis.* Inc.: „In omni missa siue de tempore.“ Expl.: „Indignus cooperator.“ Sequitur excerptum breve ex s. Bernardo. — 23. F. 196<sup>b</sup>—198<sup>b</sup>. *Cancellarius parisiensis (Gerson) super magnificat in tractatu sexto.* Inc.: „Terret te o anima christiana.“ Expl.: „Omnem nequiciam.“ — 24. F. 199<sup>a</sup>. (*Numerus praclatorum ordinis s. Benedicti secundum Joannem XXII papam.*) — 25. F. 199<sup>b</sup>—200<sup>a</sup>. *Augustinus super ps. XXXIII.* Inc.: „Tota die deum laudare.“ Expl.: „Genera exercebantur.“ — 26. F. 200<sup>b</sup>. *Contra scropulosos magister Johannes gerson in tractatu nono super Magnificat.* Inc.: „Fuit notus michi quidem scolasticus.“ Expl.: „Circa veneracionem huius sacramenti.“ — 27. F. 200<sup>b</sup>—201<sup>a</sup>. (*Adnotatio de Leopoldi V et Friderici I in terram sanctam expeditione.*) Inc.: „Quarto ita diligentissime fecerunt.“ Expl.: „Fridericus cruce signatus in via obyt.“ — 28. F. 201<sup>b</sup>—203<sup>a</sup>. (*De sacrificio missae et communionem.*) Inc.: „Contemplabatur quod exemplo christi.“ Expl.: „Sursum corda.“ Sequitur excerptum ex s. Ambrosio. — 29. F. 203<sup>b</sup>—204<sup>b</sup>. *Magister Leonardus de ordine predicatorum in materia de passione domini dicit.* Inc.: „Quia enim iudei.“ Expl.: „Et bonis operibus laudabile est.“ — 30. F. 205<sup>a</sup>—208<sup>a</sup>. *Gerson super Magnificat in tractatu decimo super illo Suscepit israel puerum suum.* Inc.: „Susceptio transformatiua clarior.“ Expl.: „Statum christiani-

tatis assecuti.“ — 31. F. 208<sup>a</sup>—216<sup>b</sup>. (*Continuatur tractatus, cuius initium sub n. 28 invenias.*) Inc.: „Contemplabatur maria conferens in corde suo.“ Expl.: „Se ipso fructus est.“ — 32. F. 217<sup>a</sup>—220<sup>a</sup>. R. *Beatus Augustinus in epistola ad probam viduam de oracione.* Inc.: „Petite et accipietis . . . Omnes sine fine.“ Expl.: „Scriptum est quod pernoctauerit Hec supra dicta scripta sunt exempla beati Augustini ad probam.“ — 33. F. 219<sup>b</sup>—226<sup>b</sup>. *Item Bonaventura in sermone 2° de nomine ihesu.* Inc.: „Additur in tytulo Judeorum.“ Expl.: „In auxilio oportuno Quod nobis . . . Amen.“ — 34. F. 227<sup>a</sup>—229<sup>b</sup>. R. *Excerpta quedam ex sermonibus bonaventure de nomine Jhesu.* Inc.: „Jhesus christus heri et hodie ipse et in secula.“ Expl.: „Qui nos a uentura ira eripiet.“ — 35. F. 230<sup>a</sup>—232<sup>b</sup>. *Ex sermone quinto bonaventure.* Inc.: „O grossum nomen ihesu.“ Expl.: „Quis poterit comprehendere.“ — 36. F. 232<sup>b</sup>—240<sup>b</sup>. *Sermo decimus de nomine ihesu Bonaventure.* Inc.: „HABes karissime frater sub cuiusdam epylogi.“ Expl.: „Sub tue glorie maiestatis.“ — 37. F. 241<sup>a</sup>—243<sup>b</sup>. *Ex sermone primo bonaventure.* Inc.: „Sed esto in hoc triplici.“ Expl.: „Domine ihesu christe.“ — 38. F. 243<sup>b</sup>—244<sup>b</sup>. *Ex sermone quarto (Bonaventurae).* Inc.: „Nomen autem ihesu sub metaphora.“ Expl.: „In christo ihesu domino nostro.“ — 39. F. 245<sup>a</sup>—246<sup>b</sup>. *Ex sermone nono (Bonaventurae).* Inc.: „Rex igitur noster in splendore.“ Expl.: „Vocem sermonum eius.“ — 40. F. 247<sup>a</sup>. *Visio facta per sanctum bernardum (= Epitaphium s. Bernardi a Morando cluniac. compositum).* Inc.: „Mira loquor sed digna fide.“ Expl.: „Terrestre cadauer.“ In fine: „De capella sancti Morandi quando completa est Anno dom. 1410.“ Ed. apud Denis I 2254 sq. — 41. F. 247<sup>b</sup>. *Quod non est in mundo quies aut pax.* Inc.: „Narravit quidam quia tres studiosi.“ Expl.: „Conspiciet.“ — 42. F. 248<sup>a</sup>—249<sup>b</sup>. *Sermo beati Augustini episcopi (de caritate).* Inc.: „Si caritati vestre non possumus frequencius presentari.“ Expl.: „Certus esse non possit.“ De fine sermonis vide n. 45 huius cod. Ed. Maur. 1683, V app. 204 sqq. — 43. F. 249<sup>b</sup>—251<sup>a</sup>. *De caritate ex sermone Augustini episcopi.* Inc.: „Quapropter quisquis vetus peccatum.“

Expl.: „Sed eciam breuis.“ Est finis sermonis, qui sub n. 46 exhibetur. — 44. F. 251<sup>a</sup>—253<sup>a</sup>. *Sermo Augustini episcopi de caritate*. Inc.: „Quantum nos fratres dilectissimi.“ Expl.: „Perducit ad regnum prestante domino . . . Amen.“ Ed. l. c. V app. 195 sq. — 45. F. 253<sup>a</sup>. *Augustinus In fine sermonis Si caritati vestre*. Inc.: „Et ideo si mortem.“ Expl.: „Pro sua pietate perducatur . . . Amen.“ Cf. supra sub n. 42. — 46. F. 253<sup>a</sup>—253<sup>b</sup>. *Inicium sermonis Augustini de caritate*. Inc.: „Diuiinarum scripturarum multiplicem habundanciam.“ Expl.: „Obponit nouum mandatum.“ Ed. l. c. V 1348 sqq. — 47. F. 254<sup>a</sup>—254<sup>b</sup>. (*Sermo de symbolo*.) Inc.: „Credamus ergo eum dei filium.“ Expl.: „Nobis omnibus vicit.“ — 48. F. 255<sup>a</sup>—256<sup>b</sup>. *Augustinus in sermone de symbolo contra iudeos*. Inc.: „Prius tamen dilectissimi discuciamus.“ Expl.: „Angelus.“ — 49. F. 257<sup>a</sup>—267<sup>b</sup>. (*Sermo de extremo iudicio*.) Inc.: „Matth. XXIII Tunc apparebit signum . . . Jeronimus Non erit tunc necessitas.“ Expl.: „Et in futura presidium Amen.“ — 50. F. 268<sup>a</sup>—268<sup>b</sup>. *Augustinus super ps. LV*. Inc.: „Dicat ergo et corpus eius.“ Expl.: „Et saluus factus est.“ — 51. F. 269<sup>a</sup>—270<sup>a</sup>. (*Excerptum de confessione*.) Inc.: „Augustinus non dixit ne pecces.“ Expl.: „Ac si eum occideret.“ — 52. F. 270<sup>a</sup>—272<sup>b</sup>. *Item nota quomodo debet se habere confessor interrogando confitentem*. Inc.: „Itaque non debet confessor.“ Expl.: „Beneficium absolucionis. Vnde nunc tercio querendum est de vsu clauium. Reliquum quere supra loco suo.“ Tractatulus itinerarium confessionis fratris Bertholdi (vide supra n. 2) continuare videtur. — 53. F. 272<sup>b</sup>—275<sup>a</sup>. *Quomodo sacerdos ad penitentiam plebem debeat exhortari*. Inc.: „Tenetur sacerdos plebem sibi subiectam.“ Expl.: „Eterna gaudia possitis obtinere Quod nobis.“ Videtur eiusdem operis ac n. 52 esse. — 54. F. 275<sup>b</sup>—278<sup>b</sup>. *Nota de irregularitate Primo quid sit*. Inc.: „Irregularitas est impedimentum.“ Expl.: „Nisi pro peccato mortali.“ Sequitur adnotatio brevis ex Henrico de Vrmaria. — F. 279—280 script. vacant. — 55. F. 281<sup>a</sup>—283<sup>a</sup>. (*Officium de s. Bernar-dino*.) — 56. F. 283<sup>b</sup>—284<sup>b</sup>. *Ex sermone s. Bernhardi supra cantica sermone XVI*. Inc.: „Nota bene de nomine ihesu

sponsi tui.“ Expl.: „Et sensus dirigatur et actus.“ Sunt fragmenta sermonis XV s. Bernardi in cantica. Cf. ed. Maur. 1719, I 1317. — 57. F. 284<sup>b</sup>—286<sup>a</sup>. (*De sacramento Eucharistiae.*) Inc.: „Hic est panis tangitur hic refeccionis dignitas.“ Expl.: „Per hec potest primum.“ Sequitur adnotatio de efficacia Eucharistiae. — 58. F. 286<sup>b</sup>—291<sup>a</sup>. (*De passione Christi tamquam horologio cordium.*) Inc.: „Notandum autem quod christi passio.“ Expl.: „Meditatus fueris poteris saluari.“ — 59. F. 291<sup>b</sup>—292<sup>b</sup>. (*Excerpta de extremo iudicio.*) Inc.: „Narrat petrus alfunus quod quidam sanctus heremita.“ Expl.: „Et resurgent omnes.“

175.

(52. f. 24.)

Chart. et membr. s. XV, f. 179, 8°, man. III, ligat. lign. restaur.

1. F. 1<sup>a</sup>. (*Index contentorum.*) — 2. F. 1<sup>b</sup>. (*De utilitate meditando passionem Christi secundum Albertum Magnum.*) — F. 2 script. vacat. — 3. F. 3<sup>a</sup>—97<sup>b</sup>. R. *Incipit tractatus perutilis Magistri dicti Magni Alberti | de veris virtutibus | in quo homo valde lucide inuenire poterit | quid scilicet sibi desit et qualis in consciencia sua sit.* Inc.: „SVnt quedam vicia | que frequenter speciem virtutum pretendunt.“ Expl.: „Quia omnes vnite sunt in gracia.“ Ed. Lugd. 1651, XXI. — F. 98 script. vacat. — 4. F. 99<sup>a</sup>—135<sup>b</sup>. R. *In nomine . . . . Incipit prologus in librum vite.* Inc.: „Liber iste intytulatur liber vite.“ Expl.: „Vbi ipse daturus est regnum deo patri in spiritu sancto . . . . Amen.“ Cf. cod. 67(3). — F. 136 script. vacat. — 5. F. 137<sup>a</sup>—174<sup>b</sup>. R. *Incipit prohemium de arte moriendi (Dominici Capranicae) in nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen.* Inc.: „CVm de presentis exilij miseria.“ Expl.: „Antequam mors occupet mori discat. Et sic est finis huius tractatus.“ Cf. cod. 151(6). — 6. F. 174<sup>b</sup>—177<sup>b</sup>. R. *Sequitur vna alia materia (eiusdem argumenti).* Inc.: „De terra plasmasti me.“ Expl.: „Uitam eternam possideant | per christum dominum nostrum Amen.“ — 7. F. 178<sup>a</sup>—179<sup>b</sup>. (*Additamentum ad tractatum de arte moriendi Dominici Capranicae.*)

176.

(52. f. 25.)

